II pag. 11 b. Ad Reverendiſſimum D. D. Io. Card. de Medicis Bonon. ac Romand. Legat. Ioannis Pollae Pollaſtrinae Arretini Carmen de Fluentia Nympha Arni filia converſa in Laurum cum prooemio. Carmen vero ſubſequitur Epigramma, & Ode ad eundem Ioannem de Medicis de reditu Mediceae familiae in patriam, quae omnia habes alias loc. cit. Tom. VI. a pag. 405 ad pag. 413.

III. pag. 23 Alexandri Arguli Marſi Ecloga praevia Epiſtola Dedicatoria ad Reverendiſs. Iul. Cardinalem Medicaeum Bonon. Legatum, quae inc. *Precor ut Tempora Carthaloeus*, *Reverendiſſime Domine*, *patrem habuit perquam benemeritum de Alphonſo Rege qui Neapolitanum regnum primus Aragonum occuparit*, Del. ego quoque Bonon exemplo (*erat enim tum noſtri & ſenatus ac nobis adſiens*) *in hac Ecloga per Phoſphorum*, *quo ſidem nomine omnis eſt filius*, *coſmum*, *ac tum illuſtris veſtrae familiae familiaritas interceſſerit*, *ut ſenſim in memoriam revocarent grati mihi reſponſae & vestrae felicitatis*, *quae perpetuo ſit obſecro*, *alterum aliquem vel aurum ſeriorum ſi promererer*. Collocutores ſunt Lydus, Alinius, Phoſphorus &c.

Mentem dum Cererem, *dum plena bibentia colo Bacchum*

Deſ.

Si nihil ultra tamen iſt, *noſter quoque ſunt terr*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XVI nitidiſſime, tribus diverſis manibus nitidiſſime exaratus, cum initialibus omnibus, & titulis auratis. Conſtat foliis ſcriptis 34.

LIPPI BRANDOLINI DE LAVDIBVS LAVR. MED.

Cod. XXXVI. I. p. 1 LIppi Brandolini (b) de laudibus Laur. Medicei Libellus verſibus elegis. Praecedunt duo Idyllia Italica lingua vulgo *Sonetti*, quae ita ſe habent

Al Magnifico Lorenzo de' Medici.

Io già di rime, & proſe, e vocale verſi
Sparſe per te, Lorenzo, alcune charte,
E ben ſeguita aveo per ogni parte
Ma del tuo nome el pondo l'aver ſofferſi
Né i nuovi autor, nè quei ch' oggi ſon perſi
Potea mai dir con lor ingegni, & arte,
Quanto elevata t' à Minerva e Marte,
Non tal, ch' per l' altr' ier qui gli occhi aperſi,
Ma tu in tua magnanima clementia
Prend' il mio poco, e quantunche e ſebra
Qual che ancor gravi il porge, e dona
Riſguarda alla mia cieca adoleſcentia,
Che 'n tenebroſa onda piange, e ſcrive
Coſi mem, che per mia luce l' abbandona.

Al medeſimo.

Vedeva mia Virtù, mendica, e ſola,
Senza valore, e ſanza alcun ripoſo,
Errando già con volto doloroſo
Senza tetto pel mondo albergo, e ſtola.
Tu ſol ſi ſtato ſua ſulgente ſtola,
Sua fide albergo, e diſiato ſpoſo,
Magnanimo Lorenzo e generoſo,
A te Virtù ſol lieta corre, e vola
Se' Ceſar, ma di lui aſſai clemente,
Alcibiade ſi, ma non ſebre,
Se' più gentil Marcello, e più avante,
Più ricco Craſſi, e Numa più aſſumente,
E' tutti que' che d' ogn' uom ſi dice,
Ma più ancor, però mia rima tace.

Inde ſequitur ſumma Medicaeum, quod ex ſuis ornamentis undequaque circumdatum, totam paginam implet, cum titulis Libelli aureis litteris expreſſis, praevio Prooemio, cuius initium eſt: *Arbitrabar proſulſſe Laurenti clariſſime*, *ſcripta mea ſaepe rudia & inculta*, *ſuſid um tibi*, *& molliſſimum porui*, *quam alios autem voluptatem*, *aut relaxationem uſi adſuetura*. Del *me ad maiora iam memoriam conſcribenda praeparabo. Vale.* Tandem occurrit Libellus ipſe de laudibus Laurentii Medicis, quem integrum habes inter Carm. Illuſtr. Poet. Ital. cit. edit. Tom. II. a pag. 439 ad pag. 450.

II pag. 26. b. Eiuſdem de Laurentio, & Iuliano fratribus Epigramma. Ibid. pag. 451

III. pag. 27 Eiuſdem de iiſdem fratribus Epigramma. Ibid.

IV pag. 27. b. Eiuſdem de domo Laurentii Epigramma. Ibid.

V. pag. 28. b. Eiuſdem ad Iulianum Laurentii fratrem aliud. Ibid. pag. 452.

VI. pag. 29. Eiuſdem ad Gentilem Urbinatem Epigramma. Ibid.

VII. pag. ead. b Eiuſdem ad Librum ſuum aliud. Ibid. pag. 453.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV ornatiſſimus, & elegantiſſime ſcriptus, cum initialibus pluribuſque Epigrammatum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 30.

(a) Nihil de eo apud Niger... & Tabulcam &c.
(b) Vide de eiuſdem autoris ſcriptis adſervatis Mazzuchellium Bibliotheca degli Scrittori Italiani Tom. II. Part IV. pag. 2024. ſeqq. qui & hunc aliaſque multos auctoris Codices in hac Bibliotheca deſideravit, de quibus infra, commemorat.

Google

MARTIALIS EPIGRAMMATA.

Adde etiam

Juvenalis & Perſii Satyras.

Cod. XXXVII I. pag. 1. M. Valerii Martialis Epigrammatum Libri XIV. pravius Libro I. II. VIII. IX. & XII. Præfationibus, ut in edit. ad uſum Ser. Delphini, curante Vinc. Collesſo 4. Epigrammata vero ſingula conferantur cum iisdem in Corpore omnium veterum Poetarum Latinorum Londini MDCCXIII. fol. Tom. II. a pag. 1169. ad pag. 1296. in hiſce diſſerre Codicem ab editione comperimus.

Deſunt primum in Codice ex Epigrammatis de Spectaculis, quæ Libro I. præcedunt, Epigrammata quinque poſtrema, ſcilicet XXIX. XXX. XXXI. XXXII. & XXXIII.

Libri I. deſunt Epigrammata X. & XCVIII. Epigrammatis vero XXIX. deeſt in Codice primum diſtichon.

Libri II. Epigramma XXXIV. in duo dividitur, quorum primum *de Pœto*, ſecundum *de Servorum* inſcribitur.

Libri III. deſunt Epigrammata XV. & XVIII. & XI omnia, quæ in edit. occurrunt inter Epigrammata XCI. & XCIII. quorum loco habetur in Codice Epigramma, diſtichon *ad Caſtilum*, quod inc.

Cantica qui Nili, & qui Gaditana ſuſurrat &c.

Libri IV. deſunt Epigr. a XXV. uſque ad LXVIII. incluſive, ac præterea LXXVII.

Libri V. Epigramma XIX. in duo dividitur, quorum alterum inſcrib. *ad eundem*. Item LXVII vero & LXVIII reſiciuntur ex omnia, quæ decerant ſupra in Libro III. ſcilicet a XIII. uſque ad LXXII incluſive.

Libri VII. Epigrammata L. & LI. coniunguntur in Codice. Epigramma LXIV in duo dividitur. Deſunt primum poſtrema tria, ſcilicet C. CI. & CII.

Libri IX. Epigramma LXV. in duo dividitur, itemque C. quorum alteri titulus eſt *ad Libram*.

Libri X. deeſt Epigr. VIII. ac præterea ob defectum forte Codicis inter pag. 108. & 109. deſiderantur ab Epigrammate LVIII. verſu ſexto uſque ad Epigramma XXIII. Libri XI. incluſive.

Libri XII. Epigr. LX. in duo dividitur, ac deſiderantur LXVIII. C. CI. & CII.

Libri XIII. deeſt diſtichon CVIII.

Libri eadem XIV. deſunt diſticha LXXV. LXV. & LXXX.

II. pag. 147. Juvenalis Satyræ XVI. ſine titulo.

III. pag. 203. Perſii Satyræ VI. item ſine titulo.

Codex membranac. Ms. in Fol. Sæc. XV. elegantiſſimus & ornatiſſimus, cum icone

(1) In edit. *Pallida ne nigras*

Fuerat in principio, ſummate Pontificis Medici, & initialibus non modo Librorum, ſed ſingulorum etiam Epigrammatum notæ, variiſque coloribus artificioſe depictæ. Conſtat foliis ſcriptis 228.

MARTIALIS.

Cod. XXXVIII MArci Valerii Martialis Epigrammatum Libri XIV. Diſcrimina, quæ in hiſce cum exacta editione Londinenſi conferendis deprehendimus, iſta ſunt. Omittuntur primum Epigrammata XXXI. de Spectaculis, quæ Librum primum in edit. præcedunt. Incipit igitur a Libro I. cui præmittitur Poëtæ Epiſtola ad Lectorem.

Huiuſce Libri deeſt in Codice Epigramma III. & in duo dividitur L. quorum ſecundum incipit a verſu *Tepidi natabis &c.* appoſito titulo *ad Lupum*.

In Libro II. inter Epigr. LXXXV. & LXXXVI. inſeritur in Codice diſtichon *ad Ruſum*, quod inc. *Cur longe comam &c.* quod eſt para Epigrammatis LXXXIV. huius Libri.

Libri III. deſiderantur Epigrammata a XXI. uſque ad LXIII incluſive.

Libri IV. deſunt Epigrammata LXXVIII. & XC., ex LXXX. vero & LXXXI unum fit.

Libri V. Epigr. XIX in tria dividitur, ſecundum incipit a verſu *Saturnalitiae &c.* cui titulus *ad Coſſeum*; tertium incipit a verſu *Iamdudum &c.* cui titulus *ad Germanicum*. Epigr. XXXIV in duo dividitur, quorum alterum inſcrib. *ad Hermionem*, & inc. a verſ. *Pallida ne nigras* (1) *horreſcat &c.* In tria dividitur etiam Epigr. XLII. quorum ſecundum inc. a verſ. *Debitor &c.* tertium a verſ. *Diſpenſatorem &c.* illi titulus eſt *de debitore*, huic *de diſpenſatore*. Inter Epigr. LXVII. & LXVIII. redduntur omiſſa ſuperius in Libro III. præter Epigramma XXXI.

Libri VII. deſunt Epigrammata C. CI. & CII.

Libro VIII. præmittitur Epiſtola ad Domitianum.

Libro IX. item præcedit Epiſtola ad Toranium. Epigr. XVII. & XVIII. coniunguntur, itemque XLIV. & XLV., dividitur autem in duo Epigramma LXXXVII. quorum alterum inc. a verſu *Adſpicis Tarpeium &c.* appoſito titulo *de fato*.

Libri X. Epigr. XLIV. in duo dividitur, quorum alterum inc. a verſ. *Præſtiterit &c.* cui titulus *ad Quintum*. Omittuntur autem Epigrammata a XVII. uſque ad XXXII. incluſive, & ab LXXXVII. uſque ad XCI. item incluſive.

Libri XI. Epigramma II. in duo dividitur, quorum alterum inc. a verſ. *Lectores tetrici &c.* cum titulo *de libello ſuo*. Epigramma XL. in tria dividitur, quorum ſecundum inc. a verſu *Quod fatui &c.* cum titulo *ad Fabianum*, tertium a verſu *Abſolvis lepidos &c.* cum titulo *ad Auguſtum*. Deeſt autem Epigr. XCVI.

Li-

Libro XII. praecedit Epiſtola ad Priſcum. Ex hoc Libro deſunt Epigrammata iii. v & pars vi, uſque ad verſum *Maſſa ĉuum ĉro* ... ii praeterea xi. xv xxvi xxii, xcvi iii; lxxviii a, ci & cii Epigr. lx. dividitur in duo, quorum ſecundum inc. a verſu *Nunc pallere &c.* cum titulo *de Sabello*. Item lx. in duo dividitur tetraſticha, quorum ſecundo titulus eſt: *Fons libelli*. In calce vero Libri legitur *Emendavi Torquatus Gennadius*;

Liber XIII inſcribitur *Xenia*,

Libri tandem XIV qui inſcrib. *Apophoreta*, deeſt diſtichon lxv & cxlii. & hoc quoque alterius ſubſcriptione: *Torquatus Gennadius emendavi*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV, ſed ab antiquiſſimo fortaſſe deſcriptus, ... plus cum initialibus Librorum inverſis ... iis. Conſtat foliis ſcriptis 162.

MARTIALIS.

Cod. XXIX.
M. Valerii Martialis omnia Epigrammaton Libri XVI praeter Praefationes Libri I. II VIII (1) IX & XII ut in Codice XXXVII. Incipit Codex a Libro I Epigrammatum, omiſſo illo de Spectaculis, quam partem Libri XVI ut mox videbimus, poſuerunt.

Libri I Epigrammata ſunt valde confuſa, & multa quae hic deſunt redduntur in ... ipſius in Libro XVI Praeterea inter primum & ſecundum diſtichon Epigrammatis civ ... ferre ſunt Epigrammata ſive multa ad Librum IV pertinentia, ſcilicet a xxv. uſque ad lxix. incluſive, quae deinde omittuntur ſuo loco. In calce hujus libri legitur *Ego Torquatus Gennadius emendavi feliciter*: quae ſubſcriptio in ſequentibus etiam adpoſita eſt uſque ad Librum VII incluſive: in ſubſcriptione vero Libri III additum praeterea eſt: *Conſtantinopoli feliciter ſcripſi*.

Libri II. Epigramma lxxxiv tetraſtichon in duo dividitur diſticha, quorum ſecundo titulus eſt *ad Rufum*.

Libri III deſunt Epigrammata xi. & xii.

Libri IV deeſt Epigramma lxxvii; conjunguntur vero xxx. & xxxi.

Libri V Epigramma ... in tria dividitur, praeter in duo, & xlii. in tria, ut in Codice ſuperiore.

Libri VII Epigramma xxii conjungitur cum ſequenti; Epigr. lxix. in duo dividitur, quorum alterum inc. a verſu *Hunc ſibi &c.* cum titulo *ad Philemon*, deſunt praeterea c. & ci. In hoc Libro amanuenſis errore ... exſcripta fuerunt Epigrammata a x. uſque ad lxii quae novum complectuntur Codicis folia.

Libri IX. Epigr. xxiv. cum ſequenti conjungitur.

Libri XI. Epigr. ix. in duo dividitur, & xx. in tria, ut in Codice ſuperiori,

Libri XII Epigr. lx. in duo dividitur, ut in dicto Codice, ſed ſecundi titulus eſt *de Alauda*. Item ic. in duo tetraſticha dividitur, ut in dicto Codice, ſed dextra ſecundi diverſus habet *ad Marrum*. Deſunt praeterea c. ci & cii.

Libri XIII Epigr. ... in tria dividitur, ſecundum inc. a tertio diſticho, addito titulo *Idem*, tertium a quarto, cui titulus *ad lectorem de Xeniis*.

Libri XIV deeſt diſtichon x.; in pag. vero 148 Codicis repetuntur varia diſticha paginae antecedentis, quod poſtea animadvertens exſcriptor adpoſuit vocem *vacat*.

Libri XV titulus iſte eſt: *M. V. Martialis Ἐπιγραμμάτων* (2) *Liber incipit XV. ſi ſua ſunt*: quae quidem verba *ſi ſua ſunt* non ſine cauſa fuerunt apponita; nam nullum ex iis, quae in hoc libro continentur, inter Martialis Epigrammata reperire potuimus. Primum Epigramma, quod titulo caret, ſequens eſt:

Undique ſuſceptum qui miſcuit utile dulci,
Undique laudatum quo ex omni refert
Quod ſequor a longe cum ludos ferre libam,
Non parum ludos ferre nec prum
Propoſui laudo qui ſem querere altum
Mori corpo aliis, me quoque tempo ſimul.
Rideo invideo, ſpecto invidia cacloanl,
Omni abeſt ut me video ſit alius
Ridere meram alim, ne non deridens alter,
Neque me puſſe videns (ſic) video me.
Invidus invidi videre ne notemur gaudet,
Et ſeculi riſum atque quaecumque capit
Nolo te largam ſuperfluum ... quare
Cauſa & quod ſequens deprecans pariter.

Ultimum cui titulus *In apparatu non omnia eſſe ponenda*, ita habet

Pallia Philus habet, digitos circumligat auro,
Et tamen eſt Philus paupere pauperior.
Sunt Tyriae chlamydes, multae cunctum, ſcrinia,
Et tamen eſt Philus paupere pauperior.
Auro ſunt Philo regale muneſco (ſic) ...
Et tamen eſt Philus paupere pauperior
Eſuriit, atque ſuis gemmis cuſtodias & uſta,
Cyclade veſtitus eſurit atque ſitit.
Pondus adeſſe ſemis pallis menſaſque loquuntur,
Aurea bulla negat pondus adeſſe ſemis.
Ergo miſer ſe ſervum pro pane locabit?
Sed ut ſit ſervus, aurea bulla facit.
Si vero quemquam poſſideo ſimplice voto,
Ut non unius ſerica veſtis abeſt.
Ergo ne pereas ſiat de divite pauper,
Pauper enim fallas, dives eſſe poteſt.

Haec duo Epigrammata duo pro reliquorum ſpecimine protulimus, ut ex hiſce de ipſorum auctore judicium pro ſe quiſque ferre poſſit. Laudo tamen ſtulte, ac ſequentis Libri exhibentur in principio ... vero Latina ſunt.

(1) Praefatio in Librum VIII addita eſt in margine.
(2) Haec vox Ἐπιγραμμάτων graece ſculpta in ...

Libri XVI titulus, tota fuperioris omnino ſimilis eſt. Accedit autem Marcelli Epigrammata de Spaſtaulis, ubi notandum Epigr. viii. contingi cum ix. ex prima tantum ſecunda quatuor poſtrema. Inter xxvi. & xxvii. inſunt habentur quaedam Epigrammata ad alios Libros ſpectantia, unicum xxiii. uſque ad xx incluſive, ex praeterea xxvii. quae ſunt ex Libro I., Epigramma iii Libri III, xx Libri IV, & xxii Libri X.

Codex chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV in cuius calce legitur: *Liber ser (1) Auguſtini Leſpareti ac Georgii Antonii eius fratrum*. Conſtat foliis ſcriptis 141.

NICOLAI BONAIUTI FLOR. SANCTA IERUSALEM.

Cod. XL. Nicolai Michaelis Bonaiuti Florentini de Sancta Ieruſalem Libri XVI carmina heroico, quorum ſinguli in plures Cantus diſtinguuntur. Libri L. 1. a.

O Pater Omnipotens noſter, qui ſidera condis,
Et poſtea inde modo coeleſti in arce
Sanctificetur ubique tuum venerabile Nomen.

Ultimus deſ

Sed liceat nobis iis ſolamine claro
Ieruſalem Sanctae iterum cantare Tonantis,
Quod celſus Deus animo precare repletus
Det unſi populo qui Chriſti nomine adorat.

Initio Libri primi haec de ſe auctor praefatur

Praeterea dicat animum poſt nobilis actus
Ad venerandam Ieruſalem ſub parte ſuperna,
Quam varius metris cupio cantare ſecundo.
Si quisque non dignus videor, quod carmine ſacro
Tam laeta nobis laudandam deſcribere pergam,
Quod multis quondam vicus mea cura replevit
Me rigide ſtrenuis Veneris domando libido
Iam venit menſe novum ambitione coactus,
Me ſimulat feſtus subito divine rogat
Mulieres erat factis & mea cuida monendo
Spes tamen niſi hae noſtra ſub peſtore dixit,
Quod mea animus aliquo ſub tempore vota,
Nec mala das illis, qui damna merentur Averne,
Sed tradas bona confeſſis tua dona volens,
Qui veniam poſcunt rogitare ardore fideli;
Si tormentum dares nobis ut haberes honeſte,
Nemo ſuas ſanctis caelorum ſede valeret.
Ergo iterum longe quondam ſub tempore curam

Per inferna poſitam pruritare videndo
Confuſum, ventus, precor, ad meliora tuendum,
Poſſalo ut vacuum domus modulamine verſum.

Pag. 176 *b.* accedit in Simeoale autem invehitur & multis curiae. In Cap. VII Libri XVI circa finem translationis expeditiones ſub V Inno II (1) animum moram, ut de fortaſſe quis arguat ſaeculo XI exeunte poetam vixiſſe, ita enim ſcribit pag. 238.

Proh pudor heroum, qui Chriſti nomen honorant!
Eloquor, an ſileam lingua d Enent noſtra
Dedecus ipſorum nevum in regionibus orbis,
Sub valde Mauros uſcant noſtra ſepulcrum
Cingit ? ſic ipſum pigro cum corde relinquunt,
Et malis fierem Domini volvere ſurgunt,
Etch ſuae Sanctus calamo rotare ſub urem,
Post ſicem Summum rotale de ſede Quirinum
Quod faciens reſtat, ut prava mente negare
Dulciſſimam fidei, pura de Virgine natum.
Tum precor ut ſinguli placeres de corde ſugam
Hoc vicinum tantum ſupere de ſarte neguimur
Ne vos deludat falſo cum tegmine thronus
Ne vos decipiat regum de ſurgente quidam
Pro cauſſa retinende tuum regnum locatum
Poſtorem fidei uno & ſaſſa habeamus
Ne teneri vaſtat omni ambitum Egenum
Cur ſurſum capiat viros demeri propagari
Oſſiam ſedis ſimul & faſtigia templi
De tribuat vota rigida iam forte noverit

In fine numerus verſuum adnotatur ſic: *Ioes 13178* inde adjicitur *Sanctae Ieruſalem Liber ſidecimus explicit*.

Eſt vaAus Compendium Hiſtoriarum veteris ac novi Teſtamenti nec non rationum ad ſua uſque tempora ; ita tamen progrediuntur auctor, ut pro numerari hiſtoricum, mox moralitatem quamdam proponit. De eo loquitur Cl. Mazzuchellius *Biblioteca degli Scrittori d'Italia* Vol. II. Part. IV pag. 2312 qui etiam ex XII tantum Libros hoc Poema fuiſſe ab auctore diviſum perperam affirmat, Codicemque nuncupatit, qui in Florentina Bibliotheca delitescunt.

Codex membranaceus Ms. in 4. maior Saec. XIV optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 238.

(1) Male legit Montfauc. *Pr Auguſtinum Ser Auguſti*

(1) Urbanus II Pont. Max Gallum perrexit, & in Arvernis apud Claromontem, ſtatuit Catholicorum Epiſcoporum, qui ex Gallia, Germania, & Hiſpania convenerant Concilium anno 1095. menſe Novembri habuit, in quo memorabilem illam traductionem expeditionem ſuaſit.

NICODEMI MANTUANI EPIGRAMMATA.

Cod. XLI

NIcodemi Folengi Mantuani, Muſarum cultoris Epigrammaton Liber. Ipſorum argumenta, ſive tituli ſunt:

Epigrammata i ii iii & iv ſunt ad Laurentium Medicem & exſtant inter Carmina Illuſt. Poet. Ital. ut ubi. Tom IV pag. 419. & ſeq.

v Ad Librum. Ibid pag. 420.
vi Ad Divum Laurentium Medicem.
vii Ad eumdem. Ibid pag. 421.
viii Ad eumdem. Ibid.
ix. Ad Serenam.
x. xi xii & xiii Ad eamdem. Ibid
xiv Ad Librum. Ibid
xv Ad Flavium Folengum
xvi Ad Serenam
xvii Ad eamdem
xviii Ad Aulum Panniculum.
xix. Ad Serenam
xx. Ad eamdem.
xxi. Ad Aulum Panniculum
xxii. In Chreſtum patycum
xxiii. Ad Divum Laur. Medicem,
xxiv Ad Serenam
xxv Ad Aulum Panniculum
xxvi De Serena. Ibid
xxvii De eadem
xxviii De Ermo & Matthaea androgynis.
xxix Ad Serenam. Ibid pag. 421.
xxx. Ad Flavium Folengum
xxxi Ad Serenam
xxxii. Ad Flavium Folengum. Ibid
xxxiii Ad Serenam
xxxiv Ad Flavium Folengum.
xxxv De Serena
xxxvi Ad Marſilium Vicecomitem. Ibid
xxxvii. De Scardua barbaro. Ibid.
xxxviii De Tono ruſtico. Ibid pag. 423.
xxxix. Ad Maximum Pertinacem. Ibid.
xl. Ad Iulium Florianum. Ibid.
xli. De Nigri vinoſi. Ibid.
xlii. Ad Marſilium Vicecomitem,
xliii Ad Chreſtum patycum
xliv De Alcinoo Sallettra
xlv De Lyco ſervo. Ibid
xlvi De Luchino paupere. Ibid.
xlvii Ad Aſylan
xlviii. De Scardua barbaro.
xlix De Hieronymo Manfredo Mathematico.
l. De Lyco ſervo. Ibid. pag. 424.
li. Ad Serenam
lii. Ad Galaſſium Fabam
liii Ad Fauſtum Lupum
liv Ad Serenam
lv. Ad Aulum Panniculum.
lvi. Ad eamdem.
lvii. De Franchino.
lviii. Ad Serenam.
lix. Ad Antonium Peleum. Ibid.
lx. Epitaphium Malateſtae Florentini. Ibid.
lxi. Ad Fauſtum Lupum.
lxii. De Nigro. Ibid pag. 425.
lxiii. Ad Divum Laurentium Medicem. Ibid
lxiv Ad Flavium Folengum. Ibid
lxv De Brotheo
lxvi De Nigro. Ibid
lxvii De Serena. Ibid
lxviii Ad eamdem. Ibid. pag. 426.
lxix De Scutello
lxx. De Matthaea & Ermo androgynis.
lxxi Ad Flavium Folengum. Ibid
lxxii De Brotheo.
lxxiii. Ad Serenam.
lxxiv Ad ſervos
lxxv Ad Serenam.
lxxvi. De Thautonico aegrotante. Ibid
lxxvii. Ad Aulum Panniculum.
lxxviii. Ad Signorum ſectum
lxxix Ad Aulum Panniculum
lxxx. Ad Ladram. Ibid
lxxxi. Ad Divum Laurentium Medicem.
lxxxii. Ad Flavium Folengum.
lxxxiii De Aulo.
lxxxiv De Nigro. Ibid pag. 427.
lxxxv Ad Claram. Ibid
lxxxvi De Scutelli
lxxxvii Ad Marſilium Vicecomitem. Ibid.
lxxxviii. Ad Lauram.
lxxxix. De Zenone Presbytero.
xc. De abſolutione Presbyteri.
xci Ad Flavium Folengum. Ibid.
xcii Ad Claram. Ibid
xciii. De Nigro. Ibid
xciv Ad Librum. Ibid
xcv Ad Bernardinum Mirmicam
xcvi In Ioannem Franciſcum Hippolytum Piſauri Locumtenentem. Ibid. pag. 428.
xcvii Ad Nigrum. Ibid.
xcviii. Effigies Vaſtalae Falerenſis. Ibidem.
xcix. Effigies Columbae Veronenſis. Ibid. pag. 429.
c Frons laurea ſuper pluteo poſita. Ibid
ci. Epitaphium Sertorii Paleſtrae
cii Ad Paullum Rambaldonem. Ibid.
ciii In Muſicum
civ Ad Aulum Panniculum
cv Ad Lionem Sfortiam
cvi. Ad Marſilium Vicecomitem. Ibid.
cvii. Ad Ladanem Franchum. Ibid pag. 430.

cviii.

Google

cvm. Ad Bartholomaeum Gatellem. etc. Sine titulo & alia manu, forassis ipsius auctoris, exaratum. Ibid.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV nitidissime exaratus. Constat foliis scriptis 18.

MARTIANI CAPELLAE SATYRAE.

Cod. XLII. MArtiani Minei Felicis Capellae de Nuptiis Philologiae Libri II. ut in edit. Lugdun. sumptibus Io. Antonii Huguetan MDCLVIII. in 8. a pag. 1. usque ad pag. 59.

Codex membranac. Ms. in 8. oblongo Saec. XIII ineuntis, minuto charactere exaratus, & optime servatus. Constat foliis scriptis 24.

LAVR. MED. ELEGIA.

Sive

Carmina diversorum ad Leonem X.

Cod. XLIII. I. pag. 1. HIeronymi Magistri Francisci de Galeatiis de Villafranca Elegiae duae ad Leonem X. Pont. Max. de eius creatione in Pontificem. Prima nomine Laurentii Medicis inscribitur, & inc.

Ante thalamos & Cyrrae templa relinquam,
Sancti Pater, Mater Virginis ipsa manum.

Des.

Defeq... & laetus, post alterum sit Leonem
Laurenti, terras aeruera & astra Deum.

Deinde ita se auctor subscribit:

Rest valeat Sanctitas Tua dignissima. Mar Pont & innata prisiora consuetudine tibi prospera contemplatio (haec longe posse) benedicere digneris. Lucae in Nonis Octob. M. D. XIII.

E. SS. PP. L.

Servus Hieronymus
Magistri Franc. de Galeatiis
de Villafranca.

Altera pag. 5. ad eumdem SS. Pont. L. de eius admirabili creatione incipit ab Ode Sapphica, quae quinque Strophis constat, & inc.

Dulce me curis gravibus levamen,
Sidus in diris scopulis serenum,
Numen in terris validumque praesens,
Casta Thalia &c.

Elegia vero inc.

Concideras nuper trepidis quae bella subirent
Nixo, super superos percus pandit iter.

Des.

Haec ubi Musa dedit, resonarunt undique silvae
Salve ... vale, spes, decus, alme Leo.

E. SS. P. L.

Servus idem
Hieronymus Galeatius
de Villafranca.

II. pag. 9. Nihil Nihilu Carmina (seu potius lingua) ad Sanctiss. D. nostrum Leonem X. Pont. Max. Extat inter Carmina Illustr. Poetar. Italor. cit. edit. Tom. VI. a pag. 442. ad pag. 451.

III. pag. 19. Io. Francisci Philomusi Pisaurensis Silva & exsultatio in creatione Pont. Max. Leonis Decimi. Ibid. Tom. VII. a pag. 170 ad pag. 178.

IV. pag. 16. A. Lucii Parmensis Genesii Leonis X. Bibliothecarii (a) Epigrammata octo in eumdem Pontificem. Ibid. Tom. V. a pag. 480. ad pag. 483.

Codex membranac. Ms. in 4. recenti Saec. XVI. ineuntis, quatuor diversis manibus exaratus, nitidissimus & ornatissimus, cum stemmate Pontificis duobus in locis, ac literis initialibus eleganter illuminatis. Constat foliis scriptis 29.

FINIS PLVTEI XXXV.



(a) Ita enim se subscribit in calce pag. 29. & 29.

PLVTEVS XXXVI.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XLIX.

CODEX I.

OVIDII METAMORPHOSES,

Additi

Faſtorum Libri VI.

I. pag. 1. P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeon Libri XV. ut in Corpore omnium Poet. Latin. edit. Londin. edit. Tom. I. a pag. 605 ad pag. 677. Adſunt in margine notae quaedam, & ſummaria rubrica exarata, nec non argumenta ſingulis ferme Libris praeſunt.

II. pag. 170. Eiuſdem de Faſtis ad Germanicum Libri VI. ut ibid. a pag. 677 ad pag. 707. In fine haec rubris litteris adnotata ſunt. *Finis VI. Faſtorum Liber. Imperfectum hoc opus Poeta reliquit. ſcripſit autem hos ſex libros antequam in exſilium mitteretur.* Heic quoque notulae, & ſummaria leguntur in margine.

Codex membranac. Ms. in folio minori Saec. XV. nitidiſſimus, & ornatus, cum titulo aureo, flammaeque poſſiſſima & eleganti pictura, quae totum ferme primam pagellae marginem ambit. Singulae autem Librorum initiales litterae auro depictae ſunt. In principio Metamorphoſeon legitur: *Comm. Faſti N. H.* (ſcilicet *Nicolaus Heinſius*) *amtoh. & Metamorphoſ. Codex undecimus y* (a). Conſtat foliis ſcriptis 240.

OVIDIVS DE ARTE AMANDI.

Additi etiam

Eiuſdem alia Carmina.

Cod. II. I. pag. 1. P. Ovidii Naſonis de Artibus amandi Libri III. ut in cit. Tom. a pag. 577 ad pag. 591.

II. pag. 34. Eiuſdem de remedio Amoris Libri II. Ibid. a pag. 591 ad 596. ubi unus tantum Liber eſt. In Codice autem verſus 397 qui inc. *Haſtenus invidiae reſpondimus: ære* Libri ſecundi initium facit.

III. pag. 46. Eiuſdem Heroidum Liber, ſeu Epiſtolae XXI. Ibid. a pag. 537 ad pag. 561. ubi notandum in Epiſtola VIII. deeſſe in Codice primum diſtichon. Epiſtolam XV. in fronte inſcriptam eſſe, & Epiſtolam pariter deeſſe in verſu:

Vir mihi non iſto more legendus eras.

IV. pag. 100. Eiuſdem de ſine titulo Liber (*ſic*), ſeu potius Amorum Libri III. Ibid. a pag. 561 ad pag. 577. ubi notandum primos quatuor verſus, qui in editione ſejuncti ſunt, in Codice coniungi cum Elegia I. & Elegiam V. Libri III. inter V. & VI. Libri II. eſſe capitulum.

V. pag. 136. Eiuſdem de Triſtibus Libri V. Ibid. a pag. 707 ad pag. 729. Haec in eadem Libri III. Elegia VII. VIII. & IX. in unam coniunguntur, itemque XI. & XII.; itidem quae coniungitur in Elegia V. & VI. Libri IV. ac VII. & VIII. contra vero Elegiam II. Libri V. in duas dividi, praemiſſo primae titulo *ad uxorem*, & ſecundae *ad Cenſorem*. In fine rubris litteris legitur: *Sciendum eſt Ovidium hoc opus de Triſtibus eiuſd diſtinxiſſe antequam de Ponto ederet, ut idem in primo de Ponto oſtendit, dicens:*

Invenies quamvis non eſt miſerabilis index etc.

Siquidem in hoc libro de Triſt. non nominat ad quem ſcribit. Et ipſi in ſecundo de Ponto hoc idem adſeverat his verbis: Ipſe ego quod fit eſt etc.

VI. pag. 187. Eiuſdem de Ponto Liber. Ibid. a pag. 739. ad p. 749. Libri autem IV. in editione, in unum ſunt in Codice redacti.

VII. pag. 232. Eiuſdem in Ibim. Ibid. a pag. 750. ad pag. 754.

(a) Omnes ferme Ovidianos huius Bibliothecae Codices contulit Nic. Heinſius, ut in eius epigraphe dicitur poteſt, ut editionem Operum Ovidii cum notis variorum Lugduni Batavorum per Petrum Leffen Anno MDCCXXVII Tomis III. 8. adornaret.

Digitized by Google

VIII. pag. 241. Euſdem conſolatio ad Liviam Auguſtam de morte Druſi Neronis filii eius qui in Germania morbo periit. Ibid. a pag. 598. ad pag. 601.

IX. pag. 248. Euſdem Nux. Ibid. pag. 601.

X. pag. 250. a Euſdem de medicamine faciei Libellus. Ibid. pag. 596.

XI. pag. 252. Euſdem Pulex. Reiicitur in nupreis editionibus, ſed legitur in calce Editionis A. MDCV. E.

XII. pag. ead. b. Euſdem Philomela. Ibid.

XIII. pag. 254. Euſdem Vita, auctore Anonymo. Inc. Publius Ovidius Naſo in Pelignis Sulmo patre, ſemita Equeſtri oriundus. Deſ.

Quantum Virgilius nobile debet opus.

Codex membranac. Ms. in folio minori Saec. XV. elegantiſſimus, ab eodem tempore etiam ſupercilium debitum diligenter exaratus, cum titulo aureo, ſummate præſtantis, notulis ac ſummariis in margine, & a Nicolao Heinſio conlatus. Conſtat foliis ſcriptis 255.

OVIDII METAMORPH.

Cod. III. P. Ovidii Naſonis Sulmonenſis Poëtae clariſſimi Metamorphoſeon Liber XV. cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis quibuſdam ad marginem auctore anonymo. In fine haec rubrica exarati ſunt:

Bis ſex milleno verſus in Codice ſcripto
Sex ter quinque minus continet Ovidius.

Finis quintadecimus & ultimus Liber Publii Ovidii Naſonis Sulmonenſis Poetae ſtrenuiſſimi Metamorphoſeos. Anno Domini mill. CCCC. ... die 1. Auguſti.

Codex chartac. Ms. in folio minori Saec. XV. interdum optime ſervatus, a Nicolao Heinſio conlatus, & diſignatus litera A. Conſtat foliis ſcriptis 115.

OVIDII METAMORPH.

Cod. IV. P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeon Liber XV. In fine legitur hexaſtichon deſumptum ex Elegia VI. Libri I. Triſtium, quod inc.

Orba parente ſuo quicumque volumina cernis &c.

Tum ſcriptoris nomen ita expreſſum:

Finito libro ſit laus & gloria Chriſto.
Salvetur ſcriptor Cabaline nomine dictus.

Inde manu Saeculi XIV. inſertis verſicula XX. elegantia excerpta ex Elegia VII. Libri I. Triſtium, quorum primus eſt *Haec ego diſcedens &c.* Ac tandem diſtichon illud de numero verſuum Metamorphoſeon, quod in Cod. ſuperiore retulimus.

Codex membranaceus Ms. in 4. Saec. XIII. a Nic. Heinſio conlatus & deſignatus litera F, in quo, craſſa antiqua ſcriptura, ut ra ſuperinducta eſt. Conſtat foliis ſcriptis 250.

OVIDII METAMORPH.

Cod. V. OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum gloſſis interlinearibus & ſcholiis ad marginem. In fine poſt diſtichon de numero verſuum alibi relatum, aliud habetur, elementa:

Hic corpus ſitum Romanus carmine vatis,
Qui ſtudio motus, corpore dum viguit.

Tum Dantis Aligherii Epitaphium, quod inc. *Iura Monarchiae, Superos, Phlegetonta, lacuſque &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. optime ſervatus, a Nic. Heinſio conlatus, & deſignatus litera R. Conſtat foliis ſcriptis 213.

OVIDII METAMORPH.

Cod. VI. OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum gloſſis interlinearibus, notis ad marginem alia ſed ſatique mira, & diſticho in fine de numero verſuum ut alibi.

Codex membranaceus Ms. in 4. minori Saec. XIV. ineunte optime ſervatus, & a Nic. Heinſio conlatus, & deſignatus litera T. Conſtat foliis ſcriptis 194.

OVIDII METAMORPH.

Cod. VII. OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum indice transformationum & rerum notabilium in principio. Nicolaus Heinſius tantum haec adnotavit: *Codicem hunc ſem dabis paſſim conſulas, habet autem lectiones multas bonas, ut ſuſpicari merentur cum vulgatis conferri, & inde ad calcem. Contuli enim N. H.* deſignavit autem hunc litera Φ.

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. optime exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 195.

OVIDII METAMORPH.

Cod. VIII. OVidii Metamorphoſeon Liber XV. cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis, & ſummariis ad marginem. In principio manu antiqua deſcripti ſunt 2. Notabilia quaedam, quae in hiſce libris occurrunt, uſque ad totum X. Librum. II. Octo ſpecies ſtructurae carminis. III. Definitio ſiver figura, & quatuor cauſſarum. IV. Nomina de Ovidio, eius nominis nec non vitis Metamorphoſeos etymologia, & transformationis triplex diviſio.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. a Nicolao Heinſio conlatus & litera V notatus. Conſtat foliis ſcriptis 220.

OVIDII METAMORPH.

Cod. IX. OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum gloſſis quibuſdam in primis quatuor

libris. In fine legitur: *Hic liber eſt mei* . . . *Nicholai* (1) *Petri de Redd* . . . (x) *& expletus eum hodie die Veneris menſis Octobris 19 hora vigeſima prima MCCCCLIII.*

Codex chartac. Ms. in 4. oblongo Saec. XIV optime exaratus, & a Nic. Heinſio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 191.

OVIDII METAMORPH.

Cod. X

OVidii Metamorphoſeon Libri XV cum hexaſticho Ovidii in principio ſuper hoc Opere, ut ſupra in Cod. IV. Adſunt etiam gloſſae interlineares, & ſcholia ad marginem diverſa manu.

Codex membranaceus Ms. in 8. oblongo Saec. XIII. exeuntis, cujus octo primi folia & ultimum nova manu ſuppleta fuere, a Nicolao Heinſio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 128.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XI

OVidii Metamorphoſeon Libri XV cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis ad marginem varia manu, & cum diſtichis in fine de numero verſuum hujus Poëmatis, ut et libri. Adduntur etiam diſtichi . . . i. de Theude, ii. Aenigmatum, iii. De Anno Incarnationis Dominicae, iv. item . . . ognaticum, v. Monoſtichon de Matheſi, cum nonnullis notabilibus fere deletis.

Codex membranac. Ms. in 8. oblongo Saec. XIII. a Nic. Heinſio collatus, & diſtinctus litera L. Conſtat foliis ſcriptis 113.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XII.

OVidii Metamorphoſeon Liber XII. cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis ad marginem varia manu. Deſinit autem Liber XII. in verſu 298. Prima & ultima pagina cera fere conſumpta eſt. In ultima vero legitur litteris tamen fere deletis, nomen *Angeli Politiani*, cujus etiam aliquae marginales notulae eſſe videntur.

Codex membranac. Ms. in 4. oblongo Saec. XI. a Nic. Heinſio collatus, & littera H denotatur. Conſtat foliis ſcriptis 72.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XIII

OVidii Metamorphoſeon Libri XV, cum notulis quibuſdam in principio, & ſummariis in margine, cum tetraſticho ſcripto in fine, cujus primum diſtichon ita habet:

Vatis Peligni traduntur carmina fine,
Qui ſtudio vivit, dum ſibi vita fuit,

alterum eſt diſtichon de numero verſuum Poëmatis, ut alibi, nec non cum Tabula Hiſtoriarum Metamorphoſeon, ſecundum literas alphabeti digeſta, quae tamen ſub finem aliqua manu exarata eſt, & ubi erat fortaſſe nomen poſſeſſoris rubricis notatum, ſed poſtea eraſum.

Codex membranaceus Ms. in fol. Saec. XIV. exaratus, binis columnis exaratus, & a Nic. Heinſio qui hunc contulit, deſignatur litera Z *duodecima*. Conſtat foliis ſcriptis 48.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XIV.

OVidii Metamorphoſeon Libri XV cum ſcholiis & gloſſis quibuſdam perquam raris. In fine: *Hic Liber eſt mei* . . . reliqua expuncta prorſus ſunt. *Finito libro referamus (ſic) gratia Chriſto.* In prima & ultima pagina, quae vacuae ſupererant, adſcriptae ſunt manu Saeculi XV. ſententiae quaedam morales, ex variis auctoribus depromptae.

Codex membranac. Ms. in 8. oblongo Saec. XII. exeuntis, a Nicolao Heinſio collatus, & notatus littera K. Conſtat foliis ſcriptis 115.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XV.

PUblii Ovidii Naſonis Metamorphoſeon Libri XV, quorum ſinguli in varias ſectiones ſunt diviſi, appoſitis titulis majori, & rubro charactere exaratis. In fine minutioribus item ac rubris litteris eſt additum: *Publii Ovidii Naſonis Liber quindecimus & ultimus explicit ſcriptus autem fuit per me Gherardum Iohannis del Ciriagio Civem & Notarium Florentinum pro Iohanne Coſmae de Medicis opulentiſſ. Cive Florentino de anno Domini M CCCC LVI. de menſe Iunii, tempore ſanctiſſ. in Chriſto Patris & Domini Domini Kaliſti D. N. Papae III. Laus Deo.* In prima autem pagina, quae vacua ſupererat, haec Nicolaus Heinſius adnotavit: *Hic Codex eſt deſcriptus ex veteri quo Ms. qui ad S. Marci extat.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. optimus & elegantiſſimus, cum Mediceo ſtemmate in principio, & initialibus librorum litteris, auroque illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 192.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XVI

OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis uberioribus ad marginem, ac correctionibus, ex ſtore Domino Humphredo Angeli de S. Geminiano Priore Canonicae Caſtri Veteris. In fine legitur:

Finito libro referamus grates Chriſto:
Manus Zenonis ſalvetur omnibus horis.
Tres digiti ſcribunt, caetera membra languent.

Tum

(1) Hunc vero Nicolai nomen ex . . . collatum, qui et primi ſcriptoris, alibi ſuperductum.

(x) In hac lacuna, ubi duo nomina erant eraſa, videtur legi poſſe nomen *Dominici de Benechis*.

Tum diſtichon de numero verſuum poëmatis ut alibi. In margine vero haec notula adſcribitur: *Et ſic liber iſte explent gloſare atque corrigi a me Domino Honofrio Angelo de Sancto Geminiano eiſdem die xi menſis Septembris anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo, exiſtendo tunc quaſi vigeſimum, & diem domum Chriſto ſit laus. Amen. Item MCCCCIII. die ſabbati XI Aug.* Coll. Inde ſequuntur Capitula Librorum Metamorphoſeon, & in fine alia haec rubrica adſcribuntur: *Explicivnt Capitula Ovidii Metamorphoſeos, dicitur a motu quod de, & moreos (ſic) quod eſt mutatio, & ufore, quod eſt ſibi (1) a me Domino Honofrio Angelo de Sancto Geminiano Priore Canonicae Caſtri Vetere. Deo gratias referimus Cuius poſſeſſio liber eſt mi ſpeller Honofrium ſupradicti Amen.*

Codex membranac. Ms in 4. Sec. XIV integris, optime ſervatus & a Nic Heinſio conſultus & deſignatus literis Q. Quoniam Conſtat foliis ſcriptis 201.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XVII

OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum ſcholiis quibuſdam in principio, & gloſſis interlinearibus. In fine occurrunt: i. Prooemium ſummae materiae Ovidii Metamorphoſeos duodecim verſibus, quod inc.

In Metamorphoſibus terquinis Naſo libellis &c.

ii De opere conſummatione aſſio gratiarum verſibus item duobus. Inc.

Iam declinatis ſtylus, hanc amore ipſe rimatur &c.

iii. Prooemia, ſive argumenta in quindecim hujus Poëmatis libros, duodecaſticho ſingula comprehenſa. Primum inc.

In primo quod mundi rudis fuit, aut chaos illum &c.

Vicenum dic.

Punitaſſe parem nullis obvarere vaſſa.

iv. Excuſatio auctoris hexaſticho expreſſa, ut in Cod. IV. item Plures. v Diſtichon de numero verſuum totius Operis, ut aſſolet. Denique in argumento Codicis manu Saec. XV. additum eſt Carmen Italicum, vulgo Sonetto Morale [illegible], quod ita ſe habet:

Amico mio ſe leale & coſtumato,
Favella poco & ſia vago di udire,
Coſa che oda, e veggia non ridire,
Et non riſpondere ſe non ſe chiamato.
Uſa la lealtà in ogni lato,
Et non maggior l'ingegno d'abbidire,
Et ſempre ti diletta di ſervire
Se dalla gente vogli eſſere amato.
Nè di ſuperchio non mangiar, nè bere,
D'aver dell' acqua col vin ſia contento,
Non avere a ſchifo l'altrui correggimento (ſic)
L'onore ch'è ſavio ſi vuol caro tenere,
E il ſuo amonire, a il ſuo gaſtigamento,
Et ſopra tutte coſe abbi in diſio
Sempre d'amare, & di temere Iddio.

Codex chartac. Ms in 4. Sec. XV integris, optime ſervatus, ſi primam paginam excipias, nonnullis in locis mutilatam, a Nic. Heinſio conſultus & deſignatus litera A. Conſtat foliis ſcriptis 256.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XVIII

OVidii Metamorphoſeon Libri XV. cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis ad marginem, ac ſummariis. In duabus chartis vacuis in principio haec adſcripta ſunt: i. Epigramma de vitae genere eligendo. Inc.

Quod vitae genus expoſitas fora turbida ſedituſa &c.

ii Tetraſt. char. heroicum de vita vita, & virtutis. Inc.

Ad vitam facilis virtuteque ſtruiſſe cum- &c.

iii. Diſtichon de caeco claudum geſtante. Inc.

Claudum humeris caecus geſtabat &c.

iv. Epigramma de [illegible] Inc.

Qui que miſce an- plus negavit habet &c.

v. Tetraſtichon de quodam, qui invento theſauro, in eius loco laqueum repoſuit. Inc.

Qui laqueum collo nectebat repperit aurum &c.

vi Diſtichon in evulsores. Inc.

Quid tu ut vento? ſalvere &c.

vii Hexaſtichon alia antiqua manu in Iunonem Tiſiphonem Palladem Bellonam, & Venerem, ut ſupra pag. 107 §. XXXVIII. viii Ovidii vita item antiqua manu. Inc. *Ovidius natione Sulmonenſis, ex patre Plebeio poëta fecundiſſimus &c.* In fine occurrit tetraſtichon, ut in Cod. XIII. ſupra pag. 231. & Epigramma Marulli (ſc. Tarchaniotae) de Deltoe in annulo. Inc.

Tu qui me, caſuſque meos in imagine parva &c.

Codex membranaceus Ms. in 4. minori Saec. XIV. a Nic. Heinſio conlatus, & ſignatus literis X. decimae, in cuius integumento legitur: *Bratti Martelli Petri filii liber.* Conſtat foliis ſcriptis 160.

OVIDII METAMORPH.

Cod. XIX

I. pag. 1 OVidii Metamorphoſeon Libri XV.

II. pag. 157 Eiuſdem Faſtorum Libri VI ad Tiberium Neronem Germanicum autographis, cum gloſſis hinc inde & ſummariis.

Codex membranac. Ms in 4. minori oblongo, Saec. XIII a Nic. Heinſio conlatus & ita deſignatus *S. VII. Med.* Circa medium Metamorphoſeon, & Faſtorum ſuppletus eſt manu Saeculi XV. & in ſummo primae paginae margine adſcriptum exhibet, literis

ta

[1] Ita videtur legi poſſe, quo quidem verba erpretarentur ſubſtantia

(1) Forte Emanuelis

...men ſitque dulcis *Abbatiae Sanctae Ele-Donę* Conſtat foliis ſcriptis 212.

OVIDII FASTI,

Cod. XX. OVidii Faſtorum Libri VI. In fine ac-
cipiunt 1. Hexaſtichon verſibus hexa-
metris de XII Signis Cœleſtibus. Inc. *Ex-
ceu Clivo &c.* 2. Calendarium antiquorum
Romanorum, ſive, ut praeſcribitur in ed. ter.
Veneta ex aedibus Aldi & Andreae Soceri
menſis Iunius &c. 3. ſex paginarum
in ultimo dicitur ex ſuo Ovidii Faſtorum Li-
bri excerpta: pauca enim excepere cum
ipſa editione concordat noſter Codex in E-
pitomis de menſibus, & eorum nominibus.
Inc. *Menſis primus eſt Gratiam &c.* Deſ. *Ro-
manae & Saboni* 4. Epitome in librum de
Faſtis. Inc. *A parte prima Liber iſte octavo
fortitur* Deſ. *& temporalia beneficia*.
Codex membranaceus Ms. in 4 minori
Saec. XIV optime ſervatus & a Nic. Hein-
ſio collatus Conſtat foliis ſcriptis 114.

OVIDII FASTI,

Adde etiam

Alia eiuſdem Carmina,

Cod. XXI. I pag. 1. OVidii Faſtorum Libri VI.
II. pag. 101 Eiuſdem in
Ibim.

III. pag. 114. Eiuſdem Epiſtola Sap-
phus ad Phaonem, quae eſt xv. inter eius
Epiſtolas Heroidum.

IV pag. 119. Eiuſdem in Nucem poëmation
trecentis verſibus ſtantem, ſpatio ad reliquos ex
ſic handem relicto

Codex membranaceus Ms. In 4. minori
Saec XV nitidiſſimus, cum initio Poëtae in
littera initiali ſtemmate gentilitio familiae
cuiuſdam poſitus erat, & cum initialibus
ſingulorum Librorum eleganter illuminatis
& a Nic. Heinſio collatus. Conſtat foliis
ſcriptis 149.

OVIDII FASTI.

Cod. XXII. OVidii Faſtorum Libri VI in fine muti-
li, deſinunt enim in verſu 617. Libri
VI

Codex membranaceus Ms. in 8 Saeculi
XIV & a Nic Heinſio collatus. Conſtat
foliis ſcriptis 96.

OVIDIVS DE FASTIS.

Adde etiam

Catulli & Anonymi Carmina.

Cod. XXIII. I. pag. 1. OVidii Faſtorum Libri VI cum
hexaſticho de XII ſignis cae-
leſtibus, Calendario antiquorum Romanorum,
Extractione de XII menſibus, & in Librum
de Faſtis, ut in Cod XX. huius Plutei.

II. pag. 101 Catulli Carminum Liber ad
Cornelium, cum hexaſticho Guarini Vero-
nenſis in principio in eundem Poëtam, ut
in Cod. X. Plut. XXXIII § I In hoc Car-
minibus recenſendis cum editis in Corpore
Poëtarum veterum Latinorum edit. praeter
diverſas ſcripturas diviſiones, & commu-
tationes deprehendimus partem Hendecaſyl-
labi xiii a verſu nonnum *Nec noſtes ſi fin-
ger ille Cruam &c.* uſque ad finem, tranſpoſitam
ad finem Hendecaſyllabi xvi & primum
tetraſtichon Epigrammatis lxxiii, inter Epi-
grammata lxxxiv & lxxxv repone. In fine
Libri legitur *Lectos non prętulit demum ſe ha-
bere*,

III pag. 137. Epiſtola Sapphus ad Phao-
nem, ut in Cod XXI. § III

IV pag. 141 Anonymi Epigramma de
puero in Hebro demerſo, ut ſupra pag. 100.
§ I.

V pag. ead. Anonymi Epigramma in
Servum puerum formoſum Inc.

*Tanta tua eſt probitas, quanta eſt prae-
ſtans forma-*

Deſ.

Et quae te fecere parem paſſe nature.

VI. pag. ead Anonymi diſtichon in Eiuſ-
dem, ſub more liquidum ſepultum, ut ſu-
pra pag. 106 § XXIV

Codex membranac. Ms. In 4. Saec XV
cum ſtemmate poſſeſſoris in principio, &
quondam Ovidium, a Nicolao Heinſio colla-
tus. Conſtat foliis ſcriptis 141.

OVIDIVS DE FASTIS.

OVidii Faſtorum Libri VI. cum gloſ- Cod. XXIV.
ſis interlinearibus, ſcholiis ad mar-
ginem manu Saeculi XIV Calendario ve-
terum Romanorum in fine, ut in Co-
dice XX & Poëtae Vita ex Libro Triſ-
tium & ex aliis locis congeſta auctore a-
nonymo. In fine ſubiicitur *Querela Libri
Metamorphoſeon* ſcilicet hexaſtichon illud-
quod Inc. *Orba parente ſuo &c.* quod alibi
impetimus.

Codex membranac. Ms. in 8. oblongo Saec.
XIII ignotus, a Nic. Heinſio collatus
Conſtat foliis ſcriptis 50.

OVIDII FASTI

POvidii Naſonis Faſtorum Libri VI cum Cod. XXV.
Calendario in fine ut in aliis Codicibus
& cum variis lectionibus & correctionibus
ad marginem.

Codex chartac. Ms. in 8 Saec. XV dili-
genter exaratus, cum initiali littera depicta,
& a Nicolao Heinſio collatus. Conſtat foliis
ſcriptis 100.

OVI

Google

OVIDIVS DE FASTIS.

Cod. XXVI. P Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI. cum glossis interlinearibus & scholiis ad marginem usque ad totum Librum II.

Codex chartac. Ms. in 8 Saec. XV. duplici manu, sed admodum eleganti exaratus, & a Nic. Heinsio collatus. Constat foliis scriptis 89.

OVIDII EPISTOLAE.

Cod. XXVII. I. pag. 1 P Ovidii Nasonis Heroidum Liber cum glossis interlinearibus, scholiis ad marginem. Enarrationes in principio, Vita Poetae in fine, & argumenta in singulas Epistolas. Desunt tamen Epistolae xvi., scilicet iv. v. & xv.

II. pag. 68. De quatuor complexionibus hominum, vel de medicamine superiorum carmina heroico, auctore, ut in titulo habetur, & in margine glossulae adduntur, Ovidio, sed potius anonymo. Inc.

Doctor apud Graecos medicinae primus Apollo.

Des.

Terra melancholicis aqua, flegma sanguine probatur.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. aliquibus in locis manu Saeculi XV. suppletus, & e Nic. Heinsio collatus. Constat foliis scriptis 69.

OVIDII EPISTOLAE.

Cod. XXVIII. P Ovidii Nasonis Heroidum Liber cum glossis quibusdam interlinearibus & scholiis ad marginem. Desideratur tamen Epistola xv., primum distichon Epistolae viii., & tota Epistola xxi.; ultima vero desinit in versu duodecimo, cui adnectitur ab eodem scriptore sequens distichon

Psallamus Christo nunc cuncti credere benigno.

Hic qui sunt apex Nasonis posita ...

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. optime servatus, & a Nic. Heinsio collatus; in cuius calce legitur: *Iste Liber est Cosmae Joannis de Medicis moranti ad scholas D. Magistri Nicolai de Aretio. & eum emit a D. Luca de Bradelmontibus de Florentia, & constitit uno floreno.* Inde alia manu: *Lib. Laurentii & Ioannis Petri Francisci de Medicis Num. XXXI.* Constat foliis scriptis 57.

OVIDII EPISTOLAE.

Cod. XXIX. P Ovidii Nasonis Heroidum Liber cum glossis, & scholiis aequalibus, & nominibus eorum, ad quos Epistolae missae sunt, versibus hexametris valde rudibus compreliensis in fine alia manu. Clauditur hac scriptoris nota: *Explicit Liber Ovidii Epistolarum. per me Franciscum Cossi de Motto. Deo gratias. Amen.*

Si fuit nobis in te qui singula sunt

Notandum tamen est, omissum esse, ut in aliis Codicibus superioribus, primum distichon Epistolae viii. in totam Epistolam xv. xxi. desinere in versu 11. ut in Codice xxvii.; praeterea ob mutilationem Codicis inter pag. 30. & 31. periisse a versu Epistolae ix. usque ad versum 83. Epistolae xi., & a versu ... usque ad versum 133. Epistolae xiii. inclusive ob eiusdem defectum inter pag. 34. & 35. ac eundem folium 15 tamen perperam inter 38. & 31. fuisse compactum.

Codex chartac. Ms. in 8 Saec. XIV. a Nicolao Heinsio collatus in cuius primi folii summo margine legitur: *Abbat ae Sapr ...* in ultimo vero folio haecce fere erasa: *Questo Pistole d' Ovid e suo di .... Bartolomeo Marelli* et paullo infra: *Questo Piero de P... del Magrezza, qui fuit pater Iheronymi secundo.* Constat foliis scriptis 46.

OVIDII EPISTOLAE.

Cod. XXX. I. pag. 1 O Vidii Heroidum Liber. Deficiunt tamen primum distichon Epistolae viii. tota Epistola xv. & Epistola xxi. desinit in versu 11. ut in superioribus Codicibus.

II. pag. 67. Eiusdem Libri IV. Epistolarum de Ponto quae tamen fere omnes sunt anepigraphae.

Codex chartac. Ms. in 4. minori Saec. XV. optime servatus, & e Nic. Heinsio collatus. Constat foliis scriptis 128.

OVIDII ELEGIAE.

Cod. XXXI. I. pag. 1 O Vidii Amorum Libri III. cum argumentis brevibus rubricatis.

II. pag. 59. b. Eiusdem in Ibin Libellus.

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XV. optime servatus, cum Stemmate quodam in principio, postea eraso, & a Nic. Heinsio collatus. Constat foliis scriptis 74.

OVIDIVS DE PONTO.

Cod. XXXII. O Vidii Epistolarum de Ponto Libri IV. cum glossis interlinearibus, & scholiis ad marginem, & fragmento cuiusdam Caleadarii in fine, ubi dies ad varia medicamenta conficienda curandosque morbos idonei, cum fine superstitione indicantur.

Codex membranac. Ms. in 8. oblongo Saec. XIII. ineunte, ut multis in locis aevi actu fuere exesus, & e Nic. Heinsio collatus, in cuius integumento legitur nomen: *Domini Nerii de Antonio num. XII.* In calce vero paginae primae: *Antonii Petri Can. Floren. num. 58.* Constat foliis scriptis 47.

OVI

OVIDII TRISTIA,

Cod. XXXIII P. Ovidii Nasonis Tristium Liber V. cum glossis interlinearibus, scholiis et marginalibus, & in fine versiculus:

Vitam scriptoris servet mater Genitoris,

cui subjungitur summarium totius Operis, ac sequens subscriptio: *An. D. MCCCLV. die XIII. Februarii intravit Imperator in urbem Lucae (sic)*. In tegumento vero Codicis Ejusdem Epigramma legitur manu recentiori exaratum, cujus initium est:

Signat mea certe sua luce in somnibus

Codex membranaceus Ms. in 8. Saec. XIII. exeuntis, minutis & perplexis literis exaratus & a Nic. Heinsio collatus. Constat foliis scriptis 60.

OVIDII DE REMEDIO AMORIS LIBER.

Cod. XXXIV I. pag. 1. P. Ovidii Nasonis de Remedio Amoris Liber cum glossis & scholiis antiquis; in cujus fine leguntur:

Referamus Christo laudes nunc undique dignas,
Qui nos explere permisit hunc modo vere.

II. pag. 15. Ejusdem in Ibin, cum glossis et scholiis; in calce legitur:

Manus scriptoris benedicta sit omnibus horis.

III. pag. 36. Sequitur alius minutus [illegible], Rhythmus in mores Romanae Curiae, auctore anonymo. Inc.

Multiformis hominum fraus, & machinatio,
Lituli ambitu fortem, [illegible]
Cogunt ut fit ordine, tamen [illegible] ad [illegible],
Qui furor, o cives, quae tanta [illegible]!

Des.

Quod in nostris oculis nostri ferant,
Fama & grasseri (sic) corpus adornant?
Esse pauper possidet vestras [illegible],
Quem videre nostri [illegible] devegate.

In ultima pagina, quae superest vacua, adscripta est Epistola quaedam ad Summum Pontificem literis [illegible], sed postea in rasa vera fuit, [illegible] oculorum [illegible] cum penitus effluxerit, [illegible] ut videtur, Aquileiensem Ecclesiam.

Codex membranaceus Ms. in 4. Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 19.

ORPHEI CARMINA,

Seu

Diversorum Carmina, & Prosae

Cod. XXXV I. pag. 1. Orphei Hymni LXXXVI. praevia precatione ad Musaeum, e Graeco in Latinum conversi, interprete anonymo (f. Mars. Ficino). Precatio ad Musaeum inc.

Disce jam Musaee sacrificum certe venerandum
Votum, quod sane praestantissimum est omnium,
Juppiter Rex, & tellus, & coelestis flammae purae,
Solis Lunaeque sacrae splendor, astraque omnia &c.

Primus Hymnus, cui titulus *Prothyraeae*, idest *Vesti* [illegible] *Styracem* inc.

Audi mihi o valde veneranda Dea, multinomen daemon,
Parturientium iucunda adjutrix, dolorum [illegible] &c.

Ultimus subscriptus literis [illegible] desi.

Pete a te sacrificia, & precibus vocati,
Ut [illegible] semper benevoli [illegible].

Fuere est versio Marsilii Ficini de qua mentio fit in eius Vita ab Io. Corsio [illegible] a nobis edita & cum nostris notis vulgata [illegible] apud Augustinum Pizzorno MDCCLXXI. 8. pag. 10. 77

Liber I. ubi alter viſitur Prologus praemittitur, cuius initium: *Quam ſuperatorum gaudeat &c.* Fit et corpus ipſum operis ſequente hoc perplexo erat [t], inc. *Primum unumquod A mutari ſolet in E ut poſco, compeſco, repeſco deſcepi ſuſtin ſuſtinui &c.* Deſ. *librum Lectorum Artis praetiti hoc uſque pretendamus neceſſaria multa addere plurium eorumque, deinde aſcenſuri, maiorum doctorum.*

Ecce liber primus finit, ſequitur ſecundus.
Praeceſſit primus, ſuccedit & iſta ſecundus [u].

Liber II. Inc. *Omnis dictio monoſyllaba hoc eſt unius ſyllabae, in lectione tenenda nec relinquenda, ut let eſt de quo dixi venit ut poſt me, qui auri me fallas &c.* quia prior arat &c. Deſ. *apparet, deſparet, ideſt non apparet, vertit grana, ſilvas prophetat dum lingua caederet in lordine. ſubiit ferram a manubrio lapſum deſparat.* Tum vat ſiguluir

Explicit auctoritas vocabulorum liberiſſi tenendus

Quiuam ſit ruſtor huius Artis Lectoriae ſeu Trihaſes Grammaticulae, ex Priſciani forte ſtiſſe praeceptis conſcinatis conſcrte invenimus liber, ex parte enim convenit cum illa Aymarici Arte Lectoria, de qua in dictis Codicibus VIII huius Pluteum & V Plut. XVI. & ex parte diſcrepat, haec enim nulli lognitur vatſer in quibus nominatur Aymericus, niſi forte auctorem doceamus Sagramor, vel Sigamor illum qui in metriarum Libri argumento memoratur de quo tamen ne verbum quidem apud Fabricium.

Codex membranac. Ms. in 8. Sec. XIII. exeunt. cum gloſſis & ſcholiis quibuſdam in cuius calce legitur nomen poſſeſſoris. ſerſſum *Liber Colucci Petri de Salgiano Cancellarii Florentini* Conſtat foliis ſcriptis 47

PRISCIANVS DE CONSTRVCTIONE

Cod. XXVIII. **P**Riſciani viri diſertiſſimi Grammatici de Conſtructione, ſive ordinatione partium Orationis inter ſe Libri II. cum ſcholiis, & gloſſis variis antiquis manu, & cum Graecis vocibus ſuis locis. In principio Libri I. legitur, *Flavius Theodorus* [s] *diſertiſſimus vir Memorialis Sacri Scrinii Epiſtolarum, & Adiutor viri Magni Quaeſtoris* [t] *Sacri Cur Lat. Codd. Tom. II*

eri Palatii ſcripſi manu mea Artem Priſciani eloquentiſſimi Grammatici Doctoris mei in Urbe Roma Conſtantinopoli die V. Kal. Mart. Mavortio Viro P.P. In principio vero ſecundo *Flavius Theodorus Dionyſii viri diſertiſſimus Memorialis Sacri Scrinii Epiſtolarum & Adiutor viri diſertiſſimi Quaeſtoris* [t] *Sacri Palatii ſcripſi manu mea in Urbe Conſtantinopoli III Kal. Iunii Mavortio viro clariſſ. Conſule imperatoribus Iuſtino & Iuſt. nunc Principibus Auguſt.*

Inter Lib. I. & II. pag. 51. 5. inſeritur brevis Tractatus de Abaco, praevio verſiculo

Hunc librum teneat Abacum qui diſcere tentat.

Iohannes Gilbani quem compoſuit abunde

Inc. *In multiplicatione contrariorum Abaci quemcumque multiplicatorem numerum digiti ſeu per ſe ſpatia a multiplicato ſegregabis quot multiplicator a ſingulis ſeiungitur bene & commiſſo &c.* Deſ. *vel aequalis diviſoribus ſe conferent. Finis* Tum ſubſequitur tabella quaedam numerica, in qua notandi ſunt duo numerus ſubiuncti ſeorſum & collatione, quibus expreſſi. ſequitur Excerptum de conſtructione Tantum in fine Libri II. quaedam pauca de voce Veſper & alia grammaticalia.

Codex membranac. Ms. in 8. Sec. XII. Conſtat foliis ſcriptis 100

PRISCIANVS CVIVS PARS A VII LIB. VSQVE AD XVI CHARACTERIBVS LONGOB. SCRIPTA EST

Cod. XXIX. **A**Rtis Priſciani Caeſarienſis viri diſertiſſimi Grammatici Doct. Urbis Romae Conſtantinopolitanae Libri XVI cum ſcholiis & gloſſis antiquis, item & Graecis variis manuſcriptis characteribus ab eodem ſcriptore exaratis. In fine Libri VIII legitur *Artis Priſciani viri diſertiſſimi Grammatici Caeſarienſis* (ſic) *Doctoris Urbis Romae Conſtantinopolitanae Praeceptoris mei Lib. VIII de verbo explicitur feliciter.* Tum ante Librum IX hoc alio elaboratur: *Incipit eiuſdem Liber VIIII de generali verbi declinatione Fl. Theodorus Dionyſii viri (lectio V. D.) Memorialis Epiſtolarum & adiutor viri Quaeſtoris S. P. (ſc. Sacri Palatii) ſcripſi artem Priſciani eloquentiſſimi Grammatici Doctoris mei manu mea in urbe Roma Conſtantinopoli die III Id. Ianuarias Mavortio V. C. Conſule Indict. viri quinta.* Et hoc quidem monumentum etiam in fine ſequentium Librorum licet aliquanto brevius, repetitur.

Codex membranac. Ms. in fol. Sec. XI. in quo Liber I. II. III., pars IV., fact. totus VI., pars VII., X & XVI alegantur ſuppleti ſunt manu ſaeculi XV. Conſtat foliis ſcriptis 230.

 PRI

(s) Hic Prologus memoratur etiam in Cod. V. Plut. XVI Catalogi noſtri Tomo ſuperiori pag. 187. §. III. cum in Cod. VIII huius Plutei ſupra pag. 399. §. XIV

(t) Hic primus Liber deficiebat in utroque ex dictis Codicibus, nam poſt Prologum ſtatim memoratum ſequitur ſtatim Liber, qui inc. *Omnis dictio &c.* qui hic eſt ſecundus.

[s] De Theodoro hoc Dionyſii Memoriali qui Priſciani Scholis ſub Grammaticum eum ſua ſcripſit Conſtantinopoli anno DXXVI. & eorum unde plures deinde Priſciani Codices Mss. derivati ſunt videndus Kirchius ad Inſcriptiones Veteres pag. 213.

(s) Gloſſa antiquitus habet Camerarius

(t) Gloſſa Grammatici

PRISCIANI GRAMMATICA.

Cod. XXX. PRiſciani viri eloquentiſſimi Grammatici Caeſarienſis Iuliani Conſuli ac Patricio de octo partibus Orationis Libri XVI. praeter duobus veſtibuli, quos aliti ſummas, & ſummarum ſingulorum Librorum, quae praeter duas paginas complent recentiori manu ultra exaratis. Adſunt hinc utique gloſſae interlineares & Scholia. In fine Expliciti Liber Priſciani viri eloquentiſſimi
Graece eſt Ekerven, ſeſſi quem saedes ...,
Quum jam digna gerit, ſi forte gerenda ſuperit:
In ultima tandem pagina deſcribitur ratio ſcribendi litteras numerales & notas. hoc alii codices collatum in libris, & caelum tenacis ſimam.

Codex membranaceus Ms. in 4. Saec. XII. num Graecis vocibus ſuis locis adſcriptis, Conſtat foliis ſcriptis 143.

PLINII EPISTOLAE.

Adde etiam

F. Rutilii Rufi, & Aquilae Romani Schemata, nec non Petronii Arbitri Satyricon.

Cod. XXXI. I. pag. 1. PLinii Secundi Epiſtolarum Libri VII. quorum priores concordant cum impreſſis in edit. Florentina apud Philippum Iunctam anno MDXV. & auctore Io. Franciſco Zeſino, qui in Epiſtola nuncupatoria ait ſe multis ex bonis exemplaribus haſce Plinii Epiſtolas reſtituiſſe. Libri IV. & V. Epiſtolae, quae conjunguntur, nulla librorum facta diviſione, eadem quae ordo concordat uſque ad Epiſt. VIII. Libri V. incluſive, excepta Epiſtola XXVI. Lib. IV. quam ſuo loco deſideratur & redditur inferius in Lib. VI. Poſt Epiſtolam octavam Libri V. iſ ſequuntur in Codice reliquae Epiſtolae hoc ordine, ſcilicet 3. 4. 24. & 16. Libri VI., 15. Lib. VII., 1. 5. 30. 8. 17. 34. 36. & 19. Lib. IX., & hoc deſinit Liber V.

In Libro VI. continentur Epiſtolae 12. 14. 15. 32. 9. 10. 17. 21. 24. 25. Lib. IX., 21. 14. Lib. VI., 18. Lib. V. 5. Lib. VII., 11. 10. 13. Lib. V., 7. 9. 18. 17. 31. Lib. VI., 1. 3. 8. 13. 14. 28. Lib. VII., 2. 4. 11. 20. 18. 33. 38. Lib. IX., 23. Lib. VII., 26. Lib. IV., 10. Lib. IX., 31. 17. 31. Lib. VII., 16. Lib. V., 10. Lib. VI., 7. Lib. VII., 34. Lib. VI. & hoc deſinit Liber VI.

In Libro VII. recenſentur Epiſtolae 1. 11. Lib. VII., 9. 11. Lib. V., 1. 16. 30. 17. Lib. VI., 21. 15. Lib. VII., 31. Lib. IX., 17. Lib. V., 19. 11. Lib. VI., 15. Lib. VII., 40. Lib. IX., 10. 19. 24. Lib. VII., 7. 6. Lib. IX., 30. Lib. VII., 15. Lib. V., 20. 18. Lib. VI., 1. 19. 12. 13. Lib. IX., 13. Lib. II. (b) 21. Lib. V., & hoc deſinit Libri VII. hac appoſita ſubſcriptione: *Plinii Secundi Epiſtolarum Familiarium explicit feliciter Liber ſeptimus, & ultimus.*

II. pag. 103. P. Rutilii Lupi Schemata Dianoeas ex Graeco verſa Gorgiae. Inc. *Prosapodoſis. Hoc ſchema duobus modis fieri &c.* Deſ. *atque omnino ſermones non magis ſumpſit.* Exhibet inter antiquos Rhetores Latinos ex recenſione Cl. Cappoeronnieri Argentorati per Io. Beyerum MDCCLVI. 4. a pag. 1. ad pag. 7. & inſcribuntur: *Ex P. Rutilii Lupi de figuris ſententiarum & elocutionum Liber I.*

III. pag. 108. b. Eiuſdem Schemata Lexeos de libro ſecundo. Inc. *Metaboſis. Hoc duobus modis fieri ſolet.* Deſ. *beſque ignoret uiſſe huminum in cauſa videri.* Ibid. a pag. 8. ad pag. 4. ſub titulo: *Ex P. Rutilii Lupi de figuris ſententiarum & elocutionum Lib. II.*

IV. pag. 114. b. Romani Aquilae Figurae ſententiarum cum Prologo, qui inc. *Rhetorice pars longissime morae et diligentiae &c.* Deſ. *vocantur uſ unum prius ſenſum quam cuique.* Liber inc. *Prodiorthoſis praecedens correctio. Haec figura ubi aliquid uerendum &c.* Deſ. *a nominatione recedamus, tenendum eſt.* Ibid. a p. 15. ad 29. cum titulo: *Aquilae Romani de figuris ſententiarum, & elocutionum Liber.* Cl. David Ruhnkenius, (nunc ...), Lugduni Bat. apud Sam. & Jo. Luchtmans MDCCLXVIII. 8. cum uberibus obſervationibus in lucem dedit *P. Rutilii Lupi de Figuris ſententiarum & elocutionis Libros II.* Accedunt Aquilae Romani, & Iulii Rufiniani de eodem argumento Libri, ad aliquot Mediceorum Codicum collationem, ut ipſe ingenue fatetur Praef. pag. XXX. ubi de Rutilio, Aquila, & Rufiniano utique praeclari multa congeſſit, addideritque doctiſſimam ſuam Oratorum Graecorum hiſtoriam Criticam.

V. pag. 125. Petronii Arbitri Satyricon, ſeu potius fragmenta Satyrici, ut in Cod. XXXV. Plut. XXXVII. ſupra pag. 298. §. I. Variae tamen lectiones huius noſtri Codicis ab editione nitide exarata ſunt obſervandae, praeſertim quum adfirmet in Praef. Burmannus Petronii Codices a ceteris latere ſuſſe exariſſimos, paucoſque a viris doctis fuiſſe in conſilium adhibitos. Nicolai Nicoli conſilio atque impulſu retulit Poggius in Italiam ex Colonia decimumquintum librum Petronii Arbitri, & particulam cuiuſdam ex Britannia. Poggii verba ſunt in Epiſt. XX. ad Nicolaum data Romae XXVIII. Maii MCCCCXXIII. *Adlatus eſt mihi ex Colonia XV. Liber Petronii Arbitri, quem curavi transſcribendum modo, quum illac iter feci &c.*

Codex membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. elegantiſſimus cum pictura in prima pagina, & ſtemmate Mediceo & Graecis vocibus quae in Plinii Epiſtolis occurrunt, eleganter ſuis

(a) Plerumque ſingulis Epiſtolis ſua praemittitur inſcriptio ... omnes ...
(b) Quae quidem occurrit etiam ſupra ſuo loco.

Digitized by Google

fere locis, paucis exceptis, emarata. Conſtat foliis ſcriptis 147.

PLINII SECVNDI EPISTOLAE

Addo etiam

De Viris Illuſtribus Liber

Cod. XXXII. I. p. 1. C. Plinii Caecilii Secundi Epiſtolarum Libri VII. ut in Codice praecedenti: hoc tamen Liber quartus fere totus a quinto, qui incipit ab Epiſtola XXIII. Libri IV. ubi advertendum hoc quoque non omnes Epiſtolas inſcriptionem habere, ſed tantummodo uſque ad Epiſtolam VIII. Libri V. ut in dicto Codice. Clauduntur tandem hac ſubſcriptione: *Plinii Secundi Epiſtolarum Familiarum explicit feliciter Liber ſeptimus & ultimus.*

II. pag. 80. C. Plinii Secundi Oratoris facundiſſimi de Viris Illuſtribus Liber, praevia Capitum LXXVI (1) tabula, quae ibi extant, ut in edit. cit. Lugdun. a pag. 393. uſque ad pag. 443. In fine: *C. Plinii Secundi Oratoris elegantiſſimi de Viris Illuſtribus Liber feliciter explicit.* Auctorem potius agnoſcit hic Liber Aurelium Victorem, ut oſtendit Fabricius in Bibl. Lat. Tom. II. pag. 79. qui conſulendus.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio & initialibus Librorum auratis & coloratis, in cuius prima pagina haec adnotata erant litura poſtea paene deleta: *Liber Conventus S. Marci de Florentia, quem donavit quidam amicus.* Conſtat foliis ſcriptis 99.

PALLADIVS.

Cod. XXXIII. PAlladii Rutili (*ſic*) Tauri Aemiliani etc. iſtius Opus Agriculturae, ut in Codice XXIV. huius Plutei. Hoc notandum eſt inter primum & ſecundum Librum, ſeu ante menſem Ianuarium, deſcriptum rudi calamo fuiſſe circulum, qui dicitur *ſpera terrae*, in cuius circumferentia duodecim Zodiaci ſigna exhibentur cum ipſorum nominibus: in medio vero figura aſſidet bifrons, Ianum repraeſentans, epigraphe oppoſita *Ianuarius menſis.*

Codex membraceus Ms. in 4. min. Saec. XIII. optimae notae, cuius poſtremi folii ita evanuit ſcriptura, ut vix legi poſſit. Conſtat foliis ſcriptis 57.

PLINII SECVNDI EPISTOLAE.

Cod. XXXIV. PLinii Secundi Epiſtolarum Liber VIII. cum Anonymi de duobus Pliniis, eorumque ſcriptis notitia ceteris accurata, quae inc. *Plinii duo fuiſſe noſcuntur.* Deſ. *diligens lector inveniet.* Primi ſeptem Libri concordant cum editione citata; Liber octavus & ultimus in Codice, eſt nonus in editione; & huius quidem Epiſtolae ſunt ordine penitus diverſo ab illius diſpoſitae, ex quibus tamen deeſt omnino Epiſtola XXVI. ad Maximum, quae inc. *Summam te voluptatem percepiſſe &c.* Scholia aliquot ſunt adſperſa marginalibus, ſatis docta, & gloſſas habens interlineares. Graeca verba ab alia manu, atque diverſa, ſunt poſtmodum ſuis locis inſerta, atque aliquando interpretatio etiam Latine adiecta. Singulis vero Epiſtolis ſunt ſuae inſcriptiones rubricatis litteris appoſitae.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. bene ſervatus. Conſtat fol. ſcriptis 90.

ORATIONES VARIAE PLVRIVM AVCTORVM

Cod. XXXV. I. pag. 1. ORationes ex Hiſtoria T. Livii ab Urbe condita. Prima eſt Oratio Metii Suffetii ad Tullum Hoſtilium. Ultima ſunt verba Hannibalis, quum [illegible] excepiſſet Haſdrubal.

II. pag. 57. b. Orationes ex Hiſtoria Macedonici Belli. Prima eſt Oratio Sulpicii Conſulis ad populum pro bello contra Philippum Regem Macedonum ſuſcipiendo. Ultima eſt Oratio Demetrii ſe excuſantis.

III. pag. 90. Orationes & verba ex Q. Curtio. Prima ſunt verba Syſigambis ad Alexandrum. Ultima, Perdiccae, mortuo Alexandro, ad hunc modum principes exercitus Macedonum alloquentis.

IV. pag. 109. Orationes ex C. Salluſtio. Prima eſt Oratio Catilinae ad coniuratos. Ultima ſunt verba Bocchi ad Syllam.

V. pag. 100. Gaſparini Bergomenſis ſummi Oratoris Epiſtolae CLX. praefixa epigraphe. Prima inc. *Gaudeo plurimum, ac laetor, in ea te eſſe ſententia &c.* Ultima deſ. *[illegible] neque conſilio tibi deero. Vale, ut optas.* Hunc Gaſparinus Bergomenſis qui Mediolani obiit A. MCCCCXXXI. Epiſtolas, poſt editionem vetuſtiſſimam Pariſienſem A. MCCCCLXX. Romae recudit ampliſſimus Praeſul, poſtmodum S. R. E. Cardinalis, Alexander Furietus A. MDCCXXIII. qui eiuſdem ſimiliter Epiſtolas, & Orationes, nec non Libellum de Compoſitione, atque Vitam Auctoris adiunxit. Quae autem in noſtro extant Codice occurrunt in editione Furietti a pag. 220. ad pag. 336 & inſcribuntur: *Epiſtolae ad exercitationem accommodatae.*

VI. pag. 172. Eiuſdem Exordia Epiſtolarum in quolibet genere cauſ. XLVI. Primum eſt in genere dativo, ubi ipſo exordio captatur benevolentia ab ipſo ad quem ſcribitur. Inc. *Gaudeo plurimum, ac laetor &c.* Ultimum eſt exemplum captandi benevolentiam ab illo ad quem ſcribimus, laudando ipſum a fortitudine, & deſ. *quod autem infractus ſis, & magno animo, hoc eſt conſtantiae & fortitudinis tuae.* Deeſt in cit. edit.

VII. pag. 182. b. Eiuſdem Exempla exordiendi in genere iudiciali iuxta quatuor genera cauſarum eccleſiaſticarum. Primum eſt exemplum exordiendi, quando habeamus genus

(1) In edit. ſunt LXXVII. quia et Cap. XXV. & XXVI. unum fit in Codice.

nus uncüſque . . . . (b) loc. *Niſi perſuaſum haberemus judices &c.* Ultimum eſt ipſius Gaſparini apud Papam in Legatione Veneta [illegible], & *diſ quae nos ſuſcipere commiſit*. Haec quoque deſunt in ant. editione, attamen autem [illegible] à Jo. Dominico Manſio in Additionibus ad Biblioth. med. & inf. Lat. Fabricii Tom. III pag. 112. & in Biblioth. Ms. Patavini *Vinctae nelle Stampe-* [illegible] & pag. 18.

VIII pag. 136. Orationes extractae ex XII *Libris Aeneidos* Vergilii Maronis. Prima eſt Junonis ad Aeolum. Ultima Juturnae ad Turnum fratrem.

IX pag. 140. Orationes extractae ex Libri M. Annaei Lucani. Prima eſt Curionis ad Caeſarem. Ultima Phothini ad Achillam de Caeſare occidendo.

X. pag. 140. Orationes extractae ex Libris Metamorphoſeon P. Ovidii Naſonis poëtae clariſſimi. Prima eſt Solis ad Phaethontem filium. Ultima Ulyſſis in cauſſa ſuum Achillis.

XI pag. 150. Aliae Orationes extractae ex XII Libris Aeneidos P. Virgilii diverſae ab iis, quas numimus ſupra §. VIII Prima eſt, reſponſum Jovis ad Venerem. Ultima, verba Aeneae ad Turnum. Clauditur Codex acutiſſimo indice rerum, quae in ipſo continentur uſque ad pag. 180. In ultimo eodem folio poſtſcriptum nonnulli maleſculis literis [illegible]: *Franciſcus Saſſettus Thomae filius Florentinus Civis faciendum curavit. Mens ſuta mole*.

Codex membranaceus Ms. in fol. min. Saec. XV cum initialibus ſingularum Capitum mirifice diſtinctis, & elegantiſſima pictura in principio, quae praeter inſignia Saſſettae domus in ſeptem circulis exhibet varias veterum heroum figuras, nec non quadrupedum, paſſerum, & volucrum picturis mire elaboratis. Conſtat fol. ſcriptis 187.

PLINII EPISTOLAE

Cod. XXXVI. **C**. Plinii Caecilii Secundi Epiſtolarum Libri IX. ex quibus tamen omnia deſunt in editione Epiſtola xxv in verbis [illegible] *διάνοια. & ἀλλὰ ἐγὼ δὲ νῦν* . . . (quae incidunt in pag. 252. lin. 12.) upoſita ſtatim clauſula maiuſculis literis notat *Finit Epiſtolarum Liber IX*. Procedunt autem eodem ordine cum editis, praeter nonnullas Liber V. In hoc enim Epiſtola vigeſimaprima editionis, ſequitur nonam; decima deeſt ſuo loco, & ponitur poſt duodecimam quintam; nona vero editionis eſt ultima Libri in Codice. Praeterea nonnulli ſunt deſectus varii, qui fortaſſe habebantur etiam in archetypo illo, unde tranſcriptus fuit Codex, & unumquodque diligentiam uſſugerant. Primus defectus, occurrit in pag. 10. paulo poſt initium Epiſtolae xvi quum enim locus ille Codicis ita habeat: *quem unum* quaſi

ſi niſi *quam multiplex eſſet nunc* [illegible] *ſit (ſic)*; *idem pro Gloriam ait &c.* verba deſunt à verſu 4. Epiſt. xvi (edit. pag. 19) uſque ad verſ. 30. Epiſt. xx. (edit. pag. 19) quo in loco ad marginem Codicis contracte legitur manu recentiori: *deſunt plura in antiqui exemplari*. Alter defectus occurrit in pag. 30. b. ubi verba *nam ille qui quod hoc ſitum* pertinentia ad Epiſt. Lib. III (edit. pag. 61. verſ. 15) coniunguntur in eodem linea cum verbis *non concedi ſenibus &c.* quae ſpectant ad Epiſt. ejuſdem Libri (edit. pag. 63 verſ. 16) reliquis omnibus, quae intercedunt praetermiſſis. Hoc quoque legitur in margine eadem manu, qui ſupra notatum: *multa deſiderantur*. Tertius denique defectus habetur pag. 35. ubi deſiderantur ab initio Epiſtolae Lib. III. uſque ad verba: *ſecuturus quaſi praeter eram, & quidem ſera &c.* ubi legitur in margine: *deeſt principium ſequentis Epiſtolae*. Iterum monendum eſt ſubinde Graeca verba charactere quadrato eſſe ſuo loco ſcripta.

Hunc Mediceum Codicem ſummopere laudat Nicolaus Heinſius in notis ad Valerium Flaccum pag. 346. In Praefatione Aldi Manutii ad Aloyſium Mocenigum Equitem & Senatorem Venetum, ſuae editioni Plinianae praemiſſa Venetiis 1508. haec de antiquo ſuorum Epiſtolarum Codice mentio prodidit: *Hae Plinii Epiſtolae in Italia repertae, in membrana ſcriptae, atque ita diverſis a noſtris characteribus, ut niſi quis aſſueverit, non queat legere, coepi ſperare fore, ut eo modo ſore ocium noſtris in plures bonis auctoribus quos non extare credimus inveniamus. Eſt enim volumen ipſum non ſolum correctiſſimum, ſed etiam ita antiquum, ut putem ſcriptum Plinii temporibus &c.* utcumque in primis habenda eſt plurima gratia, ubi Aloyſi qui exemplar ipſum Epiſtolarum reportaſti in Italiam, mihique dediſti, ut excuſum publicarem; deinde Jucundo Veroneſi, viro ſingulari ingenio, ac bonarum literarum ſtudioſiſſimo, quod & eaſdem Secundi Epiſtolas ex ipſo exemplari a ſe deſcriptas in Gallia diligenter, ut facit omnia, & ſex alias Voluminis Epiſtolarum, partim manuſcriptas, partim impreſſas quidem, ſed cum antiquis collatas complures, ad me ipſe ſua ſponte, quae ipſius erga ſtudioſos omnes benevolentia, adportavit, ſique bennius ante, quam in ipſum mole exemplar publicandam tradidiſti &c. Haec ille. Aldi verba protulimus, ut aliis loquens de Codice, de quo illi agit, idem hic, quem recenſuimus, eſſe poſſit.

Codex membranaceus Ms. in 4. Saec. X formae quadratae, rubricis initiis Librorum & Epiſtolarum, charactere quadrato & rubricato, in quo recenſendo magnam lectionum varietatem obtutu ſub oculos venerunt, dignos profecto, qui, ſi aliquando adornanda ſit nova editio, diligentiſſime conſu-

rum

(b) Omiſſi exſcripta ancilla gemma ſignamento.

tur. Videtur autem ab eadem manu exaratus, cui celeberrimum Cornelii Taciti exemplar debemus. Constat foliis ſcriptis 135. & quaternionibus XVII. ut in ſummo margine cuiuslibet ex ipſis adnotatur.

PLINII EPISTOLAE.

Cod. XXXVII. C Plinii Caecilii Secundi Epiſtolae Cl. ſcilicet a prima Libri I. uſque ad octavam Libri V. incluſive, praetermiſſa Epiſtola xxvi. Libri IV. Adſunt in margine ſummaria quaedam, & notulae breviſſimae, manu ut videtur Angeli Politiani, partim nigro, partim rubeo charactere exaratae. Graeca ſuis locis appoſita ſunt.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus cum initialibus Librorum auratis. Conſtat foliis ſcriptis 69.

PLVTEVS XLVIII.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XXXVII.

CODEX I.

NONIVS MARCELLVS.

I. pag. 1 NOnii Marcelli Peripatetici (a) Tuburgenſis de compendioſa doctrina per litteras ad filium. De proprietate ſermonum. Inc. *Senium eſt taedium & odium.* Def. *& ex cobortibus Centurionum appellati.* Explicit de proprietate verborum. Concordat, nonnullis quibuſdam exceptis, cum edit. Aldina anni MDXIII. menſ. Novembri in fol. ad calcem Cornucopiae Perotti a pag. 1229. ad pag. 1251.

II. pag. 29. De inhoneſtis, & nove veterum dictis (ſic), aliàs Populi Romani (a), per litteras ad filium. Inc. *Apud, ante & ire.* Def. *amenare cludebat.* Ibid. a pag. 1253. ad p. 1296.

III. pag. 76. b. De indiſcretis generibus per litteras. Inc. *Angiportus.* Def. *uvae, uvelias figuras.* Ibid. a pag. 1296. ad 1312.

IV. pag. 94. De diverſa acceptionibus nominum & verborum. Inc. *Adverſum, contra ſignificat.* Def. *cum tolta redda.* Ibid. a pag. 1312. ad 1384. ubi duo alii verſus in fine ſubſequuntur.

V. pag. 160. De differentiis verborum. Inc. *Cupido & amor.* Def. *& verò venuſtiſſimum ſcriptorum.* Ibid. a pag. 1384. ad pag. 1436. Habentur in principio, & in fine index vocabulorum, quae explicantur in Opere, manu diverſa exaratus. In ſummo margine primae paginae legitur: *Mei Bartholomaei Thei de Pilocchis de Piſtorio* 1508. In fine vero deſcribitur arbor genealogica familiae Pilucchiae dictae de Teste de Piſtorio, in qua inter alia nomina occurrunt illa trium fratrum familiae Pancraceae, & unius Celidoniae, quae invicem in connubium foederantur tandem hanc familia de Testis. Nonium quoque Marcellum Poggii collegarumque opera Italiae vindicatum oſtendit Cl. Laur. Mehus in Praef. ad Ambr. Epp. pag. xxxvii. Prodiit Nonius primum A. MCCCCLXXI. Romae Venetiis MCCCCLXXVI. fol. per Nic. Ienſon. Erat tamen ante Poggium in manibus doctorum, ut patet ex Epiſt. Colucii Salutati, ſed forte truncatus, ac mancus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. uſque ad p. 94. deinceps vero uſque ad calcem Saec. XV. elegantiſſime binis columnis exaratus, cum Graecis textibus in antiquiori ſcriptura, & ſpatiis ad alios ſupplendos variis in recentiori relictis. Conſtat foliis ſcriptis 199.

NONIVS MARCELLVS

Cod. II. I. pag. 1. NOnii Marcelli Peripatetici Tiburtenſis compendioſa doctrina ad filium de proprietate ſermonum, ut in cit. edit. a pag. 1117. ad pag. 1253.

II. pag. 18. b. De inhoneſtis ab A littera incipientibus (b). Ibid. a pag. 1253. ad p. 1196.

III. pag. 81. b. De varia ſignificatione ſermonum. Ibid. a pag. 1312. ad pag. 1384. Hoc quoque deſiderantur poſtrema duo verſus.

IV. pag. 158. Nonnullarum dictionum ſigni-

(a) Ita vulgo legitur in editionibus: ſed reponendum forſitan Grammatici pro Peripatetici. Pro Tiburtenſis, alii ſcribunt Tiburtinenſis.

(b) Verba illa idest Populi Romani expuncta ſunt.
(c) Titulum hunc & ſequentes ab editis notavi ſequia in Codice deſiderantur.

gnificatio differentiae. Ibid. a pag. 1384. ad pag. 1436.

V. pag. 203. De indiſcretis generibus per ordinem literarum. Ibid. a pag. 1496 uſque ad pag. 1511. Hic Graeca etiam deſiderantur, vacuum ſpatio ad ea ſupplenda relicto.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pulcherrima pictura in prima pagina, & ſtemmate eiuſdem familiae, & initialibus omnium Librorum, & Capitum aureis. Conſtat foliis ſcriptis 220.

NONIVS MARCELLVS.

Cod. III. NOnii Marcelli Opera eadem prorſus ordine, quae habentur in cit. edit. a pag. 1019. ad p. 1436. Hic tamen omnia ſunt anepigrapha, & deſunt Graeca verba, vacuis ſpatiis relictis. In fine: Liber Petri de Medicis Cos. ſil.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum in init. litera in principio eleganter depicta. Conſtat foliis ſcriptis 198.

NONIVS MARCELLVS.

Cod. IV. I pag. 1. NOnii Marcelli Tiburtini de denuatione verborum, ut in cit. edit. a pag. 1229. ad pag. 1153.

II pag. 27. De honeſtis veterum & veterum dictis per literas. Ibid. a pag. 1153 ad pag. 1196.

III. pag. 75. De diverſa acceptione nominum & verborum. Ibid. a pag. 1312. ad pag. 1384.

IV. pag. 151. De differentia verborum. Ibid. a pag. 1384. ad pag. 1436. In fine: Liber Petri de Medicis Cos. F. Hic quoque vacua ſpatia relicta ſunt ad Graecas dictiones excribendas.

Cod. membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ornatiſſimus, cum titulo aureo in ima pagina, & pulcherrima pictura, variis figuris exhibente ſtemmate Medicaeo, aliis auratis uti allegoriis, & cum auctoris barbati, laureati effigie in litera initiali. Conſtat foliis ſcriptis 195.

NONIVS MARCELLVS.

Cod. V. NOnii Marcelli Peripatetici Tiburtenſis eadem Opera, ac in Codice IV ſuperiori; ultimum tamen eſt imperfectum, & deſinit in verbis: *quem ſequuntur iam rerum dc. velut parum auteſignant* . . . quae pertinent ad Caput *De genere armorum*, in edit. pag. 1434. lin. 16. Hic quoque Graeca deſiderantur vocabula.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 192.

M. T. VARIA ET ORATIONES DIVERSORVM AVCTORVM.

Cod. VI. I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de re militari Liber. Inc. *Ita ſunt in iſtorie in tres dividitur partes. Deſ. ad poſtremum olim in obliviorem perducta cognoſcitur.* Hoc de re militari fragmentum ſub Ciceronis nomine editum, in recentioribus editionibus Vegetii, & munti editionis Officiorum Ciceronis ſubiectum Amſtelod. MDCXXV apud Gul. I. Caeſium, iuſtica Caſelio Lib. I. Variar. Lection. Cap. 16. Modeſti ſive alterius libellus eſt inter Tullii monumenta ineptiſſime relatus.

II. pag. 5. A Eiuſdem de Eſſentia Mundi, ſive Timaeus Platonis. Inc. *Multa ſunt a nobis. Deſ. neque durum eſt immortalium Deorum conceſſu neque munere delictur.* In eius Operum edit. Amſtelod. apud Weſtenios MDCCXXIV. fol. cum notis variorum, curante Iſaaco Verburgio, Tom. II. Part. II. a pag. 1041. ad pag. 1016. ſub titulo *de Univerſo*. Prodierat iam antea una cum Chalcidio ſeparatim Paris. MCXXII. 4. & alibi.

III. pag. 15. Eiuſdem contra M. Antonium poſt bella civilia Caeſaris & Pompeii Philippicarum Invectivarum Libri XIII. ut in cit. edit. Amſtel. Tom. I. P. II. a pag. 757. ad p. 844. ſunt totum Libri XIII. quibus deeſt totus Liber VI. & magna pars Libri V. ultima enim huiuſce verba ſunt: *Bello autem dubio quod poteſt ſiudeum eſſe deſiciat? Quamobrem, P. C. legatorum mentionem (1) numquam volo tantum, quanto nunc veſtra eſt. Vento fruitur virum, quem ſiudetis M. Antoni conatum avertere a Rep. ſuorem extinguere, opprimere audaciam. Idem omnes ordines . . .* . . . . . . adpoſita in margine notula: *Hic deficit multum quam invenitur.* Quo ſatis autem hoc loco librarius ſaſe mendoſum Codicem naſtum eſſe, ex quo Philippicas ac Catilinarias deſcriberet. *Iſtae Philippicae* (inquit in monumento primae paginae margini adſcriptum) *& ſequentes Invectivae contra Catilinam ſunt valde mendoſae propter defectum exemplaris. Quod ſi . . . . emendatius exemplar redi dabitur eas corrigam* (2). Quae quidam inſcriptio denuda inſuſta ac prope deleta eſt, naſcitur ab ipſo ne librario, an ab alio.

IV. pag. 88. Eiuſdem in Catilinam Invectivae IV. ut ibid. a pag. 489. ad pag. 509.

V. pag. 108. Criſpi Salluſtii Invectiva in M. T. Ciceronem. Inc. *Graviter & iniquo animo &c. Deſ. neque in illa parte ſiacm habeat.* Portii Latronis potius, aut Vibii Criſpi, vel alterius non inſulſi Rhetoris antiqui, quam Salluſtii eſſe creditur a viris doctis.

VI. pag. 109. M. T. Ciceronis Invectiva in

(1) Uſque ad hanc vocem membranea pertinent ad Librum V. & reperies in cit. edit. Cap. XII. pag. 779. col. 2. lin. 29. reliqua vero uſque ad finem ſpectant ad Librum VI. & incidunt in Cap. VII. pag. 805 col. 2. lin. 6. & ſeq.

(2) De M. Tullii Operibus Saec. XIII. cognitis eruditiſſime diſſerit Laur. Mehus in Praef. ad Ambr. Camaldul. Generalis Epiſt. pag. 212.

in Criſpum Salluſtium. Inc. *Ea demum magna voluptas eſt.* Deſ. *quae ego bona ſi eſſent poſſim.* Ibid. pag. 845. In quibuſdam editionibus Salluſtii etiam legitur, & memoratio Porcii Latronis videtur potius tribuenda, quam Ciceroni. Conſule Fabric. Bibl. Lat. Tom. I. pag. 147.

VII. pag. 111. Ejuſdem in Vatinium teſtem Juvenſtre. Ibid. pag. 643. ſed in Codice diverſe deficit. totum enim Caput 41. editionis, & quidem longiuſculum, ita contractum exhibet Codex. *Sed quum T. Annium tempore laudes, & eloquium viro non nullum laudationem tua laboratam aſpergis, ne illorum quum numero uocati T. Annii eſt, qui e te vituperavere. Verum etiam quaero, quum ex Rep. adversiſſimi de T. Annio cum P. Seſtio conſiſterem omnium ſocietate fuerit qui poſſit ... quas crimine cum legis teſtimonio diſtinguere. Nec corrigere incredibiliter teſtimonium ac teſtimonium tuum ne quid tibi auctoritatis a me tributum eſſe videatur.*

VIII. pag. 116. Ejuſdem pro reditu ſuo Oratio. Ibid. pag. 560. ſub tit. *Ad Quirites poſt reditum.*

IX. pag. 120. Ejuſdem Oratio de laudibus Cn. Pompeii ad Pop. Rom. Ibid. pag. 419. ſub tit. *Pro Lege Manilia.*

X. pag. 130. Ejuſdem pro M. Marcello ad C. Caeſarem. Ibid. pag. 736.

XI. pag. 134. Ejuſdem pro Q. Ligario ad C. Caeſarem. Ibid. pag. 741.

XII. pag. 139. Ejuſdem pro Rege Deiotaro ad C. Caeſarem. Ibid. pag. 750.

XIII. pag. 145. Duae laudes Philippi Mariae Mediolani Ducis Orationes duae, tributae forte Gaſparino Barzizio. Prima inc. *Si vel ætatem meam, vel imbecillitatem ingenii ac doctrinae.* Deſ. *& noſtris rebus ſervare fecundis.* Altera pag. 149. inc. *Niſi veſtrae eruditiae, Patres Conſcripti, magis apud me, quam mea voluntas valuiſſet.* Deſ. *mea ſemper gloria auctum nobis conſervet.*

XIV. pag. 151. *b.* Gaſparini Barzizii ad Regem Cypri Orationes duae. Prima Inc. *Si recte e maioribus noſtris, Rex & Princeps ſereniſſime &c.* Deſ. *quam gratiſſimus eſſe videar.* Altera pag. 153. inc. *Tandem, Rex Sereniſſime, quod e ſuperis immortalibus &c.* Deſ. *vel ad diuturnitatem nomen tui perveniat.* Secundo tantum leguntur inter ejus Opera impreſſa, curante Joſepho Alex. Furietto, Romae MDCCXXIII. 4. pag. 31.

XV. pag. 154. Ejuſdem ad Regem Aragonum Oratio. Inc. *Vellem hoc die, Rex clariſſime &c.* Deſ. *eadem mi virtute proſequeris.* Ibid. pag. 17.

Nonnullis autem marginalibus adnotationibus Codex inſpersus eſt, ex quibus illam libuit exſcribere, quae in principio Timaei Platonis adſertur, & ſequens eſt: *Hic Thimeon Liber Platonis, quaſi ſundus, quae ibi ſumma philoſophiae comprehenditur. Et ſic dictus eſt a diſcipulo quodam Platonis, nomine Thimeo, vel a Thimeo Graece, quod Latine dicitur Metus, quia ibi nectit de dvinitate ſuo. Et inde quod o n eſt completum.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XV. a Laganarſino exaratus die XVIII. Ianii 1747. ut ex ejus nocula autographa adparet & num. 46. in Orationibus, & num. 108 in Philoſophiis deſignatur, quem cum edit. quoad lunam & ſuum ſingulorum Operum de more noſtro conferentes, in multis ab ipſa diſcrepare comperimus. In prima pagina indecies eorum, quae in ipſo continentur, eo recentiori manu deſcriptus legitur Conſtat foliis ſcriptis 155.

M. TVLLII ORATIONES

Cod. VII.

MArci Tullii Ciceronis Orationes XXXVI. hoc ordine

I. pag. 1. Oratio pro M. Marcello.

II. pag. 5. Pro Q. Ligario.

III. pag. 9. *b.* Pro Rege Deiotaro.

IV. pag. 15. *b.* Criſpi Salluſtii in Ciceronem, ut in Cod. ſuperiori §. V.

V. pag. 17. M. T. C. in Salluſtium. Ibid. §. VI.

VI. pag. 19. *b.* In Catilinam Oratio prima.

VII. pag. 24. *b.* Pro Lege Manilia.

VIII. pag. 34. *b.* Ad Equites Romanos pridie quam iret in exilium. Inc. *Si quando inimicorum impetum propulſare.* Deſ. *vos dubiis meis periculis veſtra virtute conſervetis.* Conſulti vel e veteri quodam ſophiſta vel certe ab eloquio, qui commentus hanc nonnulla vere Ciceroniana inſeruit. Lambinus autem *aniles, ineptaque eſt, ineptiſſa, atque inepta denique a v Latine.* Hanc cum commentario illuſtravit Alb. Leone von Wetzheim. *b* Extat in cit. ed. Amſtel. p. 847

IX. pag. 38. *b.* Oratio qua Senatui gratias egit poſt reditum ſuum.

X. pag. 45. Oratio qua populo gratias egit pro reditu ſuo.

XI. pag. 48. Invectiva in L. Catilinam. Liber II.

XII. pag. 54. Invectiva in L. Catilinam III.

XIII. pag. 59. Invectiva in L. Catilinam IV.

XIV. pag. 63. *b.* Pro T. Annio Milone.

XV. pag. 76. *b.* Pro Cn. Plancio.

XVI. pag. 94. *b.* Pro P. Sylla.

XVII. p. 108. De Haruſpicum Reſponſis.

XVIII. pag. 119. Pro L. Murena.

XIX. pag. 134. *b.* Pro Sexto Roſcio Amerino. Ad lacunam hujus Orationis, quae in edit. incidit in pag. 138., in margine Codicis pag. 150. *b.* notatum legitur: *deficit* [illegible] *in Codice antiquiſſimo deſcribebat.*

XX. pag. 154. Pro L. Cornelio Balbo.

XXI. pag. 163. *b.* Pro P. Sextio.

XXII. pag. 182. Pro Domo ſua ad Pontifices.

XXIII. pag. 204. *b.* Pro P. Quintio. In hac quoque Oratione et verba parentheſi incluſa editionis p. [illegible] deſunt in Co-

in Codice, additur pro in marg. deficit in antiquo Codice.

XXIV. pag. 226. b. Pro L. Flacco.

XXV. pag. 250. b. Pro Aulo Cluentio.

XXVI. pag. 259. b. Pro Aulo Caecina.

XXVII. pag. 277. b. Pro C. Rabirio Posthumo.

XXVIII. pag. 279. b. Pro C. Rabirio Perduellionis. Ad lacunam huius Orationis, pag. 281. adnotatum est, in vetustissimo exemplari deest una pagina. Inter haec vero, & sequentem Orationem pro Roscio Comoedo legitur in marg. deficiunt in antiquo exemplari duo folia.

XXIX. pag. 284. Pro Roscio Comoedo. In fine adnotatur deest reliquum in antiquo.

XXX. pag. 290. b. De Lege Agraria contra P. Rullum (1). In marg. legitur: deest principium huius Orationis in antiquo Codice.

XXXI. pag. 297. b. De Lege Agraria contra P. Servilium Rullum.

XXXII. pag. 308. b. De Lege Agraria ad populum Liber III. In fine legitur: deest finis.

XXXIII. p. 310. In Pisonem. In principio legitur: hic deesse creditur principium huius Orationis.

XXXIV. pag. 325. Pro A. Licinio Archia poeta.

XXXV. pag. 329. b. In Vatinium testem. Desunt haec, ut in Codice superiori §. VII. sed post verba tribunum ipsi videntur, haec alia subsequuntur: duorum ut eum testamentum de vi, quem neganti sciant omnino de ve sine debuisse d'amnetum.

XXXVI. pag. 335. De Provinciis Consularibus.

XXXVII. pag. 342. Pro Marco Coelio.

Quum in hoc Codice primum occurrant Orationes illae, quas reperit Poggius, placet in hunc locum transferre quaedam, quae in Codice chartaceo in 4. Bibliothecae S. Marci saeculo XV exarato hic semper electae leguntur. Hic igitur post Orationem pro Caecina tale adscriptum librarius monumentum: Hanc Orationem extra culpa temporum deperditam Poggius Latinae vero restituit, & in Italiam reduxit, quam latuerat ignota fere in Gallia reclusam in Silvis Lingonum abstrusam, conscriptamque ad Tullii memoriam & dulcorem bonorum utilitatem. Sequitur dein de Lege Agraria prima Oratio, cui in margine adscriptum est: In quodam antiquo Volumine deficiunt duae chartae in principio, quare hoc non est principium Orationis. Sequitur secunda Agraria hoc inscriptum monimento: In exemplari vetustissimo hoc erat in margine: Emendavi ad Tironem & Laecaniam. Acta ipsa Ciceronis & Antonii Cos. Oratio XXIIII. In exemplo sic fuit: Statilius Maximus rursum emendavi ad Tironem & Laecanianum & Dom. & alios veteres III. Sequitur Agraria III & hanc Oratio in Pisonem non tamen ab eadem, a qua superiores manu descripta, quemadmodum in utriusque scripturae comparatione videre est. Pisonianae absolutae, sic in ipsamet adversa pagina adscripsit idem, qui Orationem scripserat, librarius: Has septem (reliqui numero quinque praecesserunt, nempe pro Caecina una, de Lege Agraria tres, in Pisonem denique una) M. Tullii Orationes, quae antea culpa temporum apud Italos deperditae erant, Poggius Florentinus, perquisitis plurimis Galliae Germaniaeque summo cum studio ac diligentia bibliothecis, cum latentes comperisset in squalore (non vero squallore, ut te haeret Italico e Cl. Montfauconio refertur, in quo etiam illud M. ante vocem Tullii omissum est) & sordibus, in lucem solus extulit, ac in pristinam dignitatem decoremque restituens Latinis Musis dicavit. Haec ex dicto Codice, quibus etiam non ebunum videtur aliquid de loco ac tempore, quo vel eas omnes, vel earum aliquas reperit Poggius subministrare. Huius autem rei curiosius investigandae molestia liberavit me Cl. Arnoldus Drakenborchius, qui diligentissime hoc totum in sua Praefatione, quam Silii Italici Punicorum Libris, Traiecti ad Rhenum cura nuper editis praefixit, consequutus est. Est enim proprie de Silii Opere per Poggium reperto (a) sed illi fermo tamen quae de illo opere eadem dissputat eadem etiamque in has Ciceronis Orationes (si Caecinianam exceperis, quae in Gallia, ut ex adlato monumento intelligimus, non in Germania, ubi Silius primum adparet) commode conveniunt, quae non alio fortasse, aut loco, aut tempore sese neque reliqui Poggio obtulerunt. Sed Arnoldum audiamus: In vero, inquit, varias doctorum opiniones de auctore, loco, & tempore quo Silius repertus est, memorandi potestas sua mentem obvias, benevole Lector, dicam vero simillimum mihi videri. Punica haec inventa fuisse per Poggium Florentinum prope Constantiam in Monasterio Sancti Galli, tempore Concilii Constantiensis &c. Certe Poggium Silii inventorem esse egressus Vegetiae Vetinus, qui non longe post haec tempora vixit, & scriptus voluerat. Lib. II. de Viris Illustr. Urbis Florent. ubi Poggium sic commendat:

> Quo autem soller Germanus erat auctor
> In Latium aliquod divina volumina Sili.

Etiam Georgius Vercuelse, sive Franciscus Barbarus sive alius quis eo tempore in Epistola, qua Poggio Quintiliani inventionem gratulatur, quam nuper ex Bibliotheca Paullina Lipsiensi publici iuris fecit vir nobilissimus Io. Gottlieb Krause, eiusdem Bibliothecae Praefectus, in Vernaculo Librorum Historiae Part. I. pag. 46. Tu Tertullianum, in Mar-

(1) Agraria prima, ten hanc, ut collegere contra P. Servilium, hoc contra P. Rullum inscribitur.

(a) De hac agimus in Codice XIV. Plut. XXXVII. supra pag. 235. num. 1.

Digitized by Google

Marium Fidium Quintilianum, & Q. Aſconium Pedianum in Lucretium, Sabinum bubulcum, Marcellinum in Mediciam Aſtronomiam, Lucium Septimium Valerium Flaccum in Caprum, Eutychium, Probum Grammaticum, & complures alios, Bartholomæum Collegam ſuum adiutore, vel ſuo ſumptu, vel manu deſcripſit, vel longo, ut nunc, poſſidemus in Lucum reduxit. Idem denique teſtatur ipſe Poggius in Orat. in funere Nicolai Niccoli. *Quod autem egregium laudem meretur, ſummum operum iacturamque adiiciat ad perveſtigandos Auctores qui culpa temporum perierant. Quæ e re vera poſſumus dicere omnes libri fuit, qui extant, tum ab illo reperti ſunt. Inter hos ipſe qui integrum Quintilianum, Ciceronis nonnullas Orationes, Silium Italicum, Nonium Marcellum, Lucretii partem, perveſtigaſſet promere e Germanorum Gallorumque ergaſtulis mira diligentia eripuit atque in lucem extulit. Nec latet eum ſuum impulſu, colorem etc & pene urbium ... ipſe Inter Latinos reſtituit.* Lucium vero, & tempus quo Silius ex ſepulchri carceris huius eruperit, memorat Marſus ad Silii Librum VIII. verſ. 615 *Hic plurima Silii carmina deſiderantur illius temporis, qui hoc opus inſcripſit apud Conſtantiam, urbem Galliæ, ubi hic Poëma, cum auctorem a Poggio vero id actum diligentiſſime repertum fuit tempore D. Nicolai Pont. ſum. Maximi, cum ſic eſſent Pontificatus auſpiciis Latinæ linguæ, quæ Vandalicam Gothicamque ſapiebat, propterea dedit reſtituere copiam.* Quamvis autem auctorem, & locum recte deſignaverit Marſus, in deſignando tamen tempore errat. Quum enim Lilius Gyraldus in Dial. IV. de Poetis Hiſtor. tradit Silii Punicum bellum eo tempore, quo Chriſtianorum Principum conventus, quod *Concilium* noſtri, Græci *Synodum* vocant, in Germania habebatur, et quippiam de terra fuiſſe repertum, literis admodum obſoletis, & perveteribus, & cum eo una nonnullos quoſdam aliorum ſcriptorum libros, dubitandum minime putatur quin inventus fuerit Silius tempore Concilii Conſtantienſis, quod habitum eſt anno poſt Chriſtum natum MCCCCXV & ſequentibus, Ioanne XXIIII & Martino V. Pontificibus Romanis, eodem nempe loco & tempore, quo etiam Quintilianus quem mille olim ſubſtantes ibi repertum volunt. Aſconius Pedianus, & Valerii Flacci Argonauticon priores libri, quos Gyraldus per *certiſſe aliorum ſcriptorum libros* deſignat, inventi ſunt. Patet ex verbis Poggius ipſe locum, unde hos Codices extraxit, deſcribit in eius Epiſt. ad Guarinum Veroneſem. Bartholomæus autem, quo collega, & adiutore Silium inventum dicit in aplen Epiſtola, a ... Poggii fuit, in nuno ſcriptis ſæpius memoratus, nunc ſub nomine Bartholomæi de Monte Policiano, nunc de Monte Pelitiano, nunc denique de Monte Politiano, neque alius eſt ab illo, quem Si

In Codicem unde reliquæ eius Poëtæ exemplaria per Italiam deſcriptæ ſunt poſſeſſi cognovimus ex ſtatu ſuo Philadelpho Lib. XVI. Ep. xxv quæ conſulenda. Qui tamen vero reperit iuxta Rhetorica ad Tullii libri, diſtes ex P. Valerio et ſunt Caſtigationibus ad Ciceronem poſt calcem in Paradoxis.

Codex chartaceus Ms. in fol. Sæc. XV. ſatis optime exaratus, & ab alio exemplari patem deſcriptus cum titulis Orationum characteribus miniatis, & ſubinde e Lagomarſino collatus die 19. Nov. 1748. & numeris deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 353.

M. T. ORATIONES.

M. Tullii Ciceronis Orationes XXXVII. hoc ordine: Cod. VIII

I. pag. 1. *Pro Imperatore deligendo.*

II. pag. 10. *b.* Pro T. A. Milone in genere iudiciali.

III. pag. 13. *b.* Pro Q. Ligario.

IV. pag. 27. Pro Domo ſua ad Pontifices. Inter hanc & ſequentem Orationem pag. 45. *b.* ſubiectum argumentum Miloniane, quod inc. *Publius Clodius Senator ſeditioſus & tyrannus ... & multa nuncrei ... & caedes, & incendia, & in plerisque ſimilias iſ Catilinam. Catervas habebat circum ſe comites perditorum erat autem inimicus Miloni V. C. & bene merito de Rep. Reguatur Milone Conſule petebat Clodius prætorem. Dei ... in iuſtitiam ... eſt Milo, ſententia ... in Theatro Scylone*

V. pag. 46. Pro L. Murena ad Iudices.

VI. pag. 61. Pro Sexto Roſcio Amerino.

VII. p. 77. *b.* De Haruſpicum Reſponſis.

VIII. p. 88. De Provinciis Conſularibus.

IX. pag. 95. Pro L. Cornelio Balbo.

X. pag. 104. Pro P. Sextio.

XI. pag. 112. Oratio, qua Senatui gratias egit poſt reditum ſuum.

XII. pag. 118. *b.* Pro Rege Deiotaro; ſed in Codice eſt amphigraphi.

XIII. pag. 134. Pro P. Quintio.

XIV. pag. 146. Pro L. Flacco.

XV. pag. 160. *b.* Pro A. Cluentio.

XVI. pag. 190. *b.* Inveſtiva contra L. Catilinam Liber IV. (1)

XVII. pag. 207. *b.* De Lege Agraria contra P. Rullum. In principio legitur ad marginem *hic deficiunt duæ chartæ, quæ ſupra ſunt ... Orationis.*

XVIII. pag. 212. Pro Lege Agraria contra P. Servilium Rullum Tr. Pl. Liber II. In margine hanc ad principium huius Orationis adſcripta ſunt *Emendavi ad Tironem, & Letaniam ... Aſtu ipſo Cutrone, & Antonius Conſ. Gratus XXIIII. In exemplare ſic fuit. Statilius Maximus rurſum emendavi ad Tironem, & Letaniam, & Dom. & alios veteres. III. Oratio eximia.*

XIX. pag. 225. De Lege Agraria ad populum Liber III. In fine deeſt, ut in alio

& ed

(1) In Collatione quoque Codicis continendum eſt, omniâ prima ... perſcribiſſe litteras

& adnotatur in margine *fi erat in exemplari.*

XX. pag. 227. In Pisonem. Hoc in principio legitur: *hic deesse creditur principium huius Orationis.*

XXI. pag. 241. *b.* Oratio ad populum, postea quam rediit in exilium, ut in Cod. superiori. §. VIII.

XXII. pag. 245. Oratio qua gratias agit reditus sui, (sc. *ad Quirites.*)

XXIII. pag. 249. C. Crispi Sallustii in M. Tullium Ciceronem Oratio, ut in dicto Cod. §. IV.

XXIV. pag. 250. M. T. C. in C. Crispum Sallustium Oratio, ut *ibid.* §. V.

XXV. p. 252. Pro Cn. Plancio ad Iudices.

XXVI. p. 267. Pro P. Sylla ad Iudices.

XXVII. pag. 279. Pro M. Coelio. Haec tamen est anepigrapha.

XXVIII. pag. 189. *b.* In Vatinium testem, ut in Cod. VI. §. VII.

XXIX. pag. 295. Pro Archia poeta.

XXX. pag. 199. Pro M. Marcello.

XXXI. pag. 302. *b.* Pro A. Caecina.

XXXII. pag. 315. *b.* Pro C. Rabirio Postumo.

XXXIII. pag. 310. *b.* Pro Rabirio Perduellionis reo. Circa mediam Orationis lacuna est, adscripta in margine varia ab eadem manu: *in vetusto exemplari deest una charta.* & in fine hunc & sequentem item alia lectio, aliqua deest marginalia notis: *in exemplari desunt duo folia quae ferrum abscidit.*

XXXIV. pag. 324. *b.* Pro Roscio Comoedo. Haec quoque in fine adnotatur *deest reliquum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidissime, cum singularum Orationum initiis miniatis auratis & coloratis; tituli quae minusculo ac rubro charactere exarata; primi vero pagina [illegible] circa depicta variisque ramusculorum cum auratis pedum nec non puerulorum ludentium figuris ornata, ut nihil pulchrius atque elegantius excogitari, nedum fingi queat: quatuor infra angulos totidem extant gemmae vitreorum numismatum, sive heroum effigies exhibentes: in littera initiali repraesentatur figura quaedam hominis sedentis, dextra aerea & sinistra manu librum tenentis: in altero vero Mediceum stemma lauris invicem aeternis circumdatum. Primae Orationis titulus cum aeque integrum a regione paginae complet. Codex a Laurentiano collectus & num. 8. denotatus. Nomen possessoris: *Liber Petri de Medicis Cos. Fl.* Constat foliis scriptis 330.

M. T. ORATIONES.

Cod. IX.

MArci T. Ciceronis Orationes XXXVIII. quarum praecedit index, & quibus hoc ordine:

I. pag. 1. De Lege Manilia.

II. pag. 8. Pro Rege Deiotaro.

III. pag. 11. *b.* Pro M. Marcello.

IV. pag. 15. *b.* Pro Q. Ligario.

V. pag. 19. De Provinciis Consularibus.

VI. pag. 24. *b.* In Catilinam & Coniuratos Orationes IV.

VII. p. 38. *b.* Crispi Sallustii in M. Tullium, ut in Cod. VI. §. V.

VIII. pag. 39. *b.* M. Tullii in Sallustium, *ibid.* §. V.

IX. pag. 41. *b.* Pro se ad populum Romanum in exilium profecturo. *Ibid.* §. VIII.

X. pag. 45. Actio gratiarum ad populum pro reditu suo.

XI. pag. 48. Actio gratiarum ad Senatum pro reditu suo.

XII. pag. 52. In Vatinium testem, ut in Cod. VII.

XIII. pag. 58. Pro A. Caecina.

XIV. pag. 69. *b.* Pro T. Annio Milone.

XV. pag. 80. Pro C. Rabirio Postumo.

XVI. pag. 85. *b.* Pro C. Rabirio (sc. *Perduellionis reo*). Haec ad locum, ubi defectus est, in marg. legitur: *hic deficit*, & in fine *caret fine.*

XVII. pag. 89. *b.* Pro C. Flavio (sive, ut in edit. *pro Roscio Comoedo*) ubi in principio adnotatur: *caret principio*, in fine vero nulla defectus nota apparet. Notandum insuper est, hanc Orationem titulum, quem habet Codex, minime distinguere.

XVIII. pag. 99. Contra Legem Agrariam Orationes III. Ad initium primae legitur in marg. *caret principio.*

XIX. pag. 111. In L. Pisonem. In principio agitur: *deest aliquantum principio.*

XX. pag. 125. Pro M. Fonteio. Hic nulla defectus, ne minima quidem nota adparet.

XXI. pag. 130. Pro L. Murena.

XXII. pag. 143. Pro Domo sua ad Pontifices.

XXIII. pag. 161. Pro A. Licinio Archia poeta.

XXIV. pag. 165. Pro M. Coelio.

XXV. pag. 175. *b.* Pro L. Cornelio (*sc. Balbo*).

XXVI. pag. 184. Pro Sex. Roscio Amerino. Hic ad eum locum, ubi in edit. pag. 428. defectus adnotatur, nulla eiusdem nota adparet.

XXVII. pag. 199. Pro P. Sylla.

XXVIII. pag. 210. *b.* Pro P. Quintio.

XXIX. pag. 220. Pro Cn. Plancio.

XXX. pag. [illegible] *b.* Pro A. Cluentio; in fine mutila desinit iam in verbis: *aut propinquitatibus desset aut ne fuisse* . . . (edit. pag. 451. col. 2. lin. 24.) addito in marg. *caret fine.*

XXXI. pag. 241. *b.* Pro P. Sestio.

XXXII. pag. 262. In P. Clodium, (sive, ut in edit. *De Haruspicum Responsis*) (1).

XXXIII. pag. 271. Pro L. Flacco.

Circa orthographiam huiusce Codicis notanda-

(1) Non ita ut in Codice singulas habet in P. Clodium . . . vere contra ipsum est non illa Responsorum Haruspicum interpretatio [illegible]

Google

ciendum eſt, ſolitum ipſi eſſe praepoſitionem hanc *a* & *e* ancorum ſtuis notam inſcribere, quod idem feciſſe qui Cod. cum huius Plutei XIII. deſcripſit animadvertimus. Sed haec eſt recentiorum tantummodo ſcriptorum conſuetudo.

Codex membranaceus Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſime exaratus, cum litteris initialibus Orationum aureis ac coloratis, prima item paginae margo pictura exornatur, & in littera initiali effigies quaedam depicta eſt litteris redimita, & librum manu tenens. Codex a Lagomarſinio collatus die 17 Sept. 1747 & num. 9 deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 281.

M. T. ORATIONES QVAEDAM.

Cod. X. **M.** Tullii Ciceronis Orationes XXIX. videlicet

I. pag. 1 Pro Sex. Roſcio Amerino. In hac Oratione, praeter lacunam poſt verba *dum Erucius*, in fine etiam quaedam deſiderantur; deſinit enim in verbis *homines ſapientes & iſta audacia* . . . (quae incidunt in Cap. LIII. edit. pag. 140. col. 1 lin. 10.) ſpatio vacuo ad huiuſmodi defectum ſupplendum relicto.

II. pag. 11 De Lege Manilia.

III. pag. 31 Pro T. Annio Milone.

IV. pag. 48 Pro Cn. Plancio.

V. pag. 65 & Pro P. Sylla.

VI. pag. 80. In L. Catilinam Orationes IV.

VII. pag. 99. & Pro M. Coelio.

VIII. pag. 111. & Pro Rege Deiotaro. Haec mutila eſt in fine, deſinit enim in verbis *hacc ex illo ab ineunte aetate* . . . (quae incidunt in Cap. IX. pag. 754. col. 1 lin. 27.) nullo tamen vacuo ſpatio relicto.

IX. pag. 116 Ad Equites R. priuſquam iret in exſilium, ut in Cod. VII. §. VIII.

X. pag. 120. & Oratio, qua Senatui gratias egit poſt reditum ſuum.

XI. pag. 127 & Oratio, qua populo gratias egit.

XII. pag. 131 & C. Criſpi Salluſtii Oratio in M. Tullium Ciceronem, ut in eodem Cod. VII. §. IV.

Tum ſequitur: *P. S. Hunc ... diſſaverunt &c.* Deſ. *& ... ſaluteris. Vale iterum. V. Kal. Iun.* Occurrit hanc Epiſtolae etiam in Cod. IV. huius Pluteo ſupra pag. 587 § V. ubi etiam ... ſunt ea, quae in hac Epiſtolam ſubſequuntur.

XXV. pag. 18 Poſt quoſdem verſiculos Italicos ſequitur Latinum Carmen cuiuſdem Giberti de Zamoreis ad ſacratum Muſarum patrem ac laureatum Poëtam Dominum Franciſcum Petrarcam. Inc.

Aureas ... praeclara poëtae
Fama ... ſolis dum luſtret ...

Deſ.

Sis ... perpetuo nullum moriture per aevum.

Tum ſubſcribitur: *Veſter Gibertus de Zamoreis Legum Doctor ... immerens ... minimus.* Deinde in averſa pagina ſcriptum eſt: *Recepit 1344. April. 30 Reſpondit 4 Maij.* Hoc Giberti Parmenſis Carmen integrum edidit Cl. Laur. Mehus loc. cit. pag. ... ſeqq. de quo multa ſcitu digna ... pag. ... & ... Conſulendus eſt etiam ... *Vita di Lapo da Caſtiglionchio*, pag. ... Hunc Petrarchae ... ex ... Codicem ... comparaverat Ludovicus Beccatellus Archiep. Raguſinus, ... Praepoſitum Pratenſis Eccleſiae, cumque in Bibliotheca ... ceterae Petrus Victorius ... ex ... ad ... dam ... Epiſtolarum ad Atticum Lib. VII Epiſtolae pag. 166 ... Memoratur etiam ... Petrarchae ... apud Thomaſinum in Petrarcha Rediviva pag. 134 ... eodem Beccatello ... quo ... comparatus fuerat: *Fù (Petrarcha ſc.) alli Signori da Correggio cariſſimo, e dalli quanto ... come padre amato, di che ſanno teſtimonio le lettere, che a loro ſcrive ... di mano del medeſimo Petrarca*, quibus ſuos verbis ... Beccatellus hoc exemplar, in quo ſunt Epiſtolae *ad Magnificum Azzonem de Corrigia, & ad nobiles & egregios adoleſcentes Gibertum, ac Ludovicum Corrigios fratres*, quos Dominos ſuos, ſiliuſque chariſſimos appellat. Hunc denique Codicem autographum eſſe exiſtimabat etiam Cl. Ant. Magliabechius in ſchedis ſuis in Biblioth. Magl. Cod. XIII ... ad fol. pag. 181 ... ſollertiſſimus Laur. Mehus cit. loc. pag. CCXIV ... Codicem hunc ... ex ... ſcriptum Epiſtolas ... autographas ... ſcriptum manu. Continet enim literas Petrarchae, Neri Mo-

Digitized by Google

Florentia alioruumque, quarum excerpta rariora mecum communicavit Abbas Albertus de Sade Avenionensis, ut magis magisque Petrarchae vitam lusplerarct, quas tandem publice cum hoc titulo: *Memoires pour la vie de François Petrarque, tirés de ses Oeuvres &c. Amsterdam chez Arskee & Mercus* MDCCLXXII. 4. Tom. III. 4.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. autographus, quarum prima & ultima in vacuitate desiderantur, ut nonnulli etiam deperierunt, & alii in duas magis disperant. Constat foliis scriptis 19.

DIONYSII DE BVRGO EXPOSITIO IN VAL. MAX.

Cod. XXXVI. DIonysii de Burgo Ordinis Eremitarum S. T. D. Commentarius in Valerium Maximum, seu in Valerii Maximi Libros IX Dictorum, Factorumque Memorabilium. Commentatio in Opere Proemium ita: *Urbis Romae &c. Vacat in hanc opere sua Proemium ponit ... primo propositum suum ostendens, auditores benevolos faciens. Desinit compendiose dictorum ... narrabo, & exponam.* In ipsum Opus ita. *Maiores suos &c. ... Incipit Tractatum, qui habet novem Libros principales. Des. per ipsum namque religio venientem iuvenem, & ipse inpsi factis cobiter, in cuius vala facien octavus ... ut saecula saeculorum Amen. Laus sit Christo. Explicit Commentum Iohani Maximi ... Historiographi ... Dionysium de Burgo Ordinis Eremitarum, Sacrae Theologiae Magistrum ... scriptum per me Iohannem Christophorum Nicolai de ... de mandato ... Christophori de ... meo patrono & benefactori praecipuo. Et hoc anno Domini millesimo quadragentesimo quarto ... indictione ... XX. ... Deo gratias. Amen.*

Et mihi ... salutem ... scribenti ...

In hoc Libro laborem ... sit ... Amen.

De Dionysio de Burgo S. Sepulcri, Ord. Eremitarum S. Augustini claro circa tunc ... ut ... Trithemium Cap. 728 ... Chronicon ... Oldoinum ... apud Mazzuchellum Tom. II. pag. 164. ... *Poeta, Historiographus, Orator, & Philosophus* ... quod sit Commentarius super Valerium Maximum, super libros Metamorphoseos, super Virgilium operibus, super Tragoedias Senecae, super Rhetoricam & Politicam (Aristotelis) ... Gratus fuit Roberto Regi Siciliae, laudatus a Petrarcha ... Neapoli A. MCCCXXIX. Vide Iosephum Pamphilum pag. 4. & 50. & Elssium pag. 169. Fibericus Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 392 ... Mss. in Valerium exstant in Bibliotheca Romensi, in Monasterio S. Remigii, & Vercellis ... in Bibliotheca Rhed... & Mauritius. In Catalogo Bibl. Regiae ... Tom. IV. ... opere Codices recenseniur.

Codex membranac. Ms. in Fol. Saec. XV. ... nitidissime scriptus ... elegantis ... Epistolam quandam ... vitibus ... exhibet. Constat foliis scriptis 127.

CHRISTOPH. LANDINI EXPOSITIO IN VIRGILIVM.

I. pag. 1. CHristophori Landini Commentaria in Bucolica, Georgica & Aeneida Virgilii ad Petrum Medicem Magni Laurentii filium, cum Praefatione ad eundem utrisque Commentariis praemissa. Praefatio in Bucolica ita: *Magnam ... Petre Medices &c. Des. ... Commentarius in Eclogam I. ita: Tityre. Tityrus Libyce ... Des. ... In ultimam des. ...*

II. pag. 44. b. Eiusdem in Georgicorum Libros Praefatio ita: *Pelices profecto Petre Med. &c. Des. ... Commentaria ita: Quid faciat &c. Quid ... quae ... terra ... Des. quod ... ad ...*

III. pag. 116. In Aeneidem Praefatio ita: *In omnibus ... Des. Aeneidos libros, qui ... in Codicibus ... Commentarius ita: Arma virum &c. ... Graece ... Des. qui ... & ... fuerunt.* Argumenta singulis libris ... Georgicorum ... Aeneidos sunt ... Textus Poetae grandiori litera ... exhibetur ... Graeca ... Primum Codicem ... Florentiae ... Aprilis MCCCC LXXXVI (b) ... fol. ... Domini & ... Calderini ... in fol. ... Maittaire Annal. Typ. Tom. VI. pag. 127. Rossa Ludovicus Vives Lib. III. de tradendis

(a) Tota Legendam supplevimus.
(b) Male indicatur hoc editio a Mittarlo Tom. I. pag. 487 ... Commentarius Landini cum ... Servii confunditur.

dit diſcipulis pronunciavit, quod *Laudum in Virgilio conſcendo nemo philoſophatur at Petrus Marſo in Officia Ciceronis ſequacium plene moderatis*. Vid. quae nos ſuum de hoc Opere prologuuti ſumus in Specim. Literat. Flor. Tom. I pag. 110 ſeqq.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XV. admirandae pulcritudinis & elegantiae, cum literis initialibus Librorum auro, variiſque coloribus illuminatis, ac duabus in principio picturis, quarum una in quinque circulis ſex annulis, Voluminis titulum, in diverſis Poetae Opera cum Medicea inſignibus, alteri ſimiliter variis generis Medicea nobiliſſima exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 450.

P L V T E V S LIV.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XXIX. EDITOS III.

C O D E X I.

BESSARIO ADVERSVS PLATONIS CALVMNIATOREM.

I pag. 1. **B**Eſſarionis Cardinalis Sabini & Patriarchae Conſtantinopolitani adverſus Calumniatorem Platonis Libri V. (t) praevia Librorum & Capitum tabula. Lib. I. inc. *Iuve di capit in manus noſtras liber quidam, qui Platonem, atque Ariſtotelis comparationem poſſe rebatur*. Lib. V. deſ. tur, uti decet, in qui tam manu bene ſunt ... de hoc bono judicare. Calumniatorem autem designat Georgius Trapezuntius qui ſcripſit Ariſtotelis & Platonis comparationem cum noviſſime infectatus eſt Platonem. Hunc igitur veterum philoſophorum principem maximi faciens Beſſario, a Trapezuntio calumniis ſummo ſtudio eum vindicavit, & hoc praeſtantiſſimo, quod eo comite compoſuit opere, univerſam Platonis doctrinam, pariſſime explicavit (t). Hi Libri Beſſarionis ipſius manu exarati, tutet Codices cum Latinis in Bibliotheca D. Marci uaſſit. Vidi Catal. pag. 210 Cod. ccxvi. Hunc autem quem habet Codex auſſer, idemque primas memorat Muratorius Annal. Typogr. Tom. I pag. 291 Inde typis ſunt exſcripſit Aldus Venetiis A. 1503. (u) & iterum 1516. fol.

II pag. 119 Euſdem de natura & arte adverſus Georgium Trapezuntium Libellus in decem Capita diviſus, quorum index initio voluminis legitur. Inc *Quum Ariſtoteles. Deſ. cum nature mirabus rel apparet*. In illis editionibus Librum ſextum conſtituit. De hoc autem Libello, ſeu Diſputatione dicitur in Praefatione quod licet multis annis ante fuerit ſcriptus, non tamen in calce operis hujus ponendum eſſe, non ſine ratione auſſus exiſtimaverit. Graece exſtat in Cod. xxxvii Biblioth. D. Marci Vid. Catal. pag. 183.

Apponitur eadem manu impreſſioni hoc epitaphio comprehenſa:

Abſtem alludens lector quicumque libellis,
Si caput ornatum non in miſſa legi
Aſſen ridebit cognim ac Teutonia ſerſio
Mangit ars maſi juſtia verbo viri
Conradus Sweynheym, Arnoldus Pannartzque ming ſui
Romae in refittur tabi multa ſimul.
Petrus cum fratre Franciſco Maximi ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

Anni notatione caret hoc antiquiſſimum exemplar. ſed A. MCCCCLXIX typis fuiſſe deſcriptum patet ex ipſius Beſſarionis Epiſtola ad Mirtillum Perottum, cui illud dono miſit 10 anno Idibus Septembris. Inſerta eſt Epiſtola

(t) Libri V continet tranſlationem Interpretationum Librorum Platonis de Legibus a Georgio Trapezuntio confectae.
(u) Nunquam fuiſſe laudatum opus Libros hos tradit Latini Hiſtoria ... Porphyrium de vita Pythag. ... Lud. Kuſter p. 23.
(t) Nota dum in hac ſtilo ... completa Italo more ... Aldi Epiſtolam nuncupatoriam Ancoraſa Marcelli ... ac L. Chriſtianiſſimi Gallorum Regis apud Venetos Oratori praedentiſſimo, hoc nostrum prodiit. Verſio ... Libri ... editum ... Beſſarionis Opus ... ſcriptum ... diligenter ... etiam Graecum ... ſi ... quo multa emendavit ... Romae ... ſe fuerant ... adde domum. In eo Opere ... argumentum ... prosequendum ... Romae ... habere ... ter, hoc ego ... mandavi.

In Fnem Venit A... antecerer fol. Lib. I. pag. 6. ubi etiam Petri reſponſiones ad eum Vide Emmentum. Quinimo in Libro *Apparatum ſive precum editus, hat quas Romae primo prodierunt & cum aliis notis Jo. Georg. Schelhorni Lipſiae ac MDCCLXI. 4. pag. 267.*

Codex chartac. impreſſus in fol. optime ſervatus. Conſtat foliis 240.

BESSARIONIS ORATIO HABITA IN SYNODO FLOR. ET ALIA

Cod. II. I. pag. 1. BEſſarionis Patriarchae Conſtantinopolitani, Epiſcopi Tuſculani, S. R. E. Cardinalis, nunc Archiepiſcopi Nicaeni, Oratio habita in Synodo univerſali Florentina, Eugenii quarti Veneti Pont. Max. tempore celebrata, ad Graecos dumtaxat, poſt plurimas publicaſque cum Latinis habitas diſputationes, quam in Patriarcha & Imperatore Graecorum una ſimul, a Latinis petentibus, quam illeſte cur Dominico, vel de Vita ne quam idem ipſe Graece tunc habitam Latinam poſtmodum fecit. Inc. *Sacrum Eccleſiaſtae Dei patrum D. f. quod ſi perſpicere non pocas, non mei duceam, ſed tuentium culpa eſt.* Inde titulus repetitur hoc pacto, *Beſſarionis Patriarchae Conſtantinopolitani Epiſc. Tuſc. S. R. E. Card. Dogmatica Oratio Dogmaticae ſive quae de unione operum Spiritus, quae de illo ecclis, carbohare gentis Graecorum tum Latinis tunc ſimantis non conſenſu dedi.* Extat Graece una cum Latina ejuſque Harduini ipſius Beſſarionis interpretatione in Collectionibus Conciliorum Labbei Tom. XVIII. edit. Venetiae apud Seb. Coleti pag. 399. & Harduini Tom. IX. pag. 319.

II. pag. 40. b. Eiuſdem declaratio aliquorum, quae in dicta Oratione Dogmatica continentur, quae Graeci intelliſent, Latini quoad ſunt. Inc. *Intendum primo, quod ſancti Doctores Orientales etiam in diverſis modum non ac conſſe. Deſ. explicant me ipſis anteLatinae a Beſſarione ſcripta, &c. Labbei & Harduini loc. ſubjuncta.*

III. pag. 41. Eiuſdem de ſucceſſu Synodi Florentinae, & de proceſſione Spiritus Sancti primum Graece edidit Leo, deinde ab eodem Latinis donatur. Inſcribitur &c. *Beſſarion &c. Magnifico & clariſſimo Alexio Laſcari Philanthropino S. D. Tu quidem non humanis ſolum rebus D. f. iu vigeo non quam Orientalium Patrum teſtimoniis et cum aliquot Occidentalium ordinatum me ubi accepi ut eorum ipſos eodem de illis dictum multi per & non ſolum ſententia, verum et eis ipſis verbis eos plenumque eſſe concordes.* Haec ad Alexium Laſcarem Philanthropinum Epiſtola, dicta Anecdota, de ſucceſſu Synodi Florentinae, & de proceſſione Spiritus Sancti, Graecam cum duplici verſione Latina, Bartholomaei ipſius et altera alius Arcudii, exſtat inter Opuſcula Aurea Theologica, a Petro Arcudio Romae invocata evulgata Latinam tantem ipſam Actis Concilii Florentini ſubnexere Harduinus. Vid. Concil. Labbei Tom. XVIII. pag. 1143. & Harduin. Tom. IX. pag. 1043.

IV. pag. 116. b. Eiuſdem Diſſertatio de Catholicae dogmatis Latinorum, vel de proceſſione Spiritus Sancti Graece Latineque compoſita, adverſus Palamam cum ipſius Palmae contradictionibus & argumentis Vecci. Inc. *Poſt Concilium Lugdunenſe tempore Gregorii X. D. L. e qua illa ſeditionem & errorum ipſum.*

V. pag. 135. Eiuſdem Epiſtola ad Graecos cohortans eos ad obedientiam ſtare erga Rom. Eccl. & ſuſceptorum Synodi Florentinae, & de eiſdem ſcr. Patriarcham, quam Graecam, & Latinam fecit. Inc. *Beſſarion a Cre dilectis in Chriſto fratr. Ibi, et fil. Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri, Monachis, omnis ſive Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ut ſecundum ſedem Conſtantinopolitanae ſubditum habitantibus Vobis ſalutem perfectam. Deſ. & diſſidentium ſecundum eum ſimulaverunt.* Hinc quoque Epiſtolam Graecam cum duplici interpretatione Latina Baſileae inter Opuſcula Aurea Theologica pag. 359. inſeruit Arcudius. Latinam Beſſarionis interpretationem habetur etiam in Odorici Raynaldi Continuatione Annal. Baron. ad A. MCCCCXIII. Tom. XIX. pag. 132. ſeqq.

VI. pag. 148. b. Eiuſdem de Sacramento Euchariſtiae, & quibus verbis conſecratur. Inc. *Sacrum Antiquitas iſt Euchariſtiae myſterium. D. f. eruditur, atque enuere non contradicunt.* Hic Tractatus contra Marcum Epheſium conſcriptus eſt, qui quidem Graece in Mſ. in Biblioth. Caeſ. Vindob. eſſe Lambecius Comment. Lib. V. pag. 173. adſerverat: Latine vero annidem ediſſe in Biblioth. Patrum Pariſ. Tom. VI. Lugd. Tom. XXVI. pag. 787. occurrit.

VII. pag. 199. b. Eiuſdem de ea parte Evangelii Joannis, ubi dicitur *ſic eum volo manere &c.* Liber egregius. Inc. *Quae nuper D. f. in me ſequitur.* Eſt contra Georgium Trapezuntium. Graece prima ac Latine in Biblioth. D. Marci & quidem inter Codices Beſſarionis Graecos Cod. DXIII. pag. 685. inter Latinos vero Cod. CCCCI. Carol. pag. 188. extat.

VIII. pag. 203. Eiuſdem Oratio de bello ac Teucris inferendo, habita in Conventu Mantuano, Pii II. Pont. Max. teſſe congregato, pa... concione habita prima oratione ab eodem Pio. Inc. *Quum Deus noſter Sancti Summa D. f. pro omni ſecli ſuo nomine ſemel ac nominare hunc terminus.*

IX. pag. 230. Eiuſdem Oratio habita in Conventu Norimbergenſi de eadem re, quam alias Legatus eſſet, ſolum Mutatio Conventi. Inc. *Quam Salvator noſter Dei ſum opera quoque ac omnium.*

X. pag. 244. Eiuſdem reſponſio ad reſponſionem Legatorum Germaniae de modo in-

incipiendi belli contra Turcas. Inc. *Multa quidem.* Deſ. *omnium conſilio decernant.*

XI. pag. 27. Eiuſdem hiſtoria & ſuccincta narratio eorum, quae poſt proximam eius replicationem ſequuta ſunt. Inc. *Quum haec itaque publice initiata fuiſſent.* Deſ. *indicavimus.*

XII. pag. 273. A Eiuſdem Oratio habita pro Pace & ſolutione Conventus Viennenſis. Inc. *Vellem praeſtantiſſimi Oratores.* Deſ. *ſequuturum intelligitur.*

XIII. pag. 276. b Epiſtola Legatorum omnium Germaniae ad Beſſarionem Apoſtolicae Sedis Legatum. Inc. *Putabamus grave per nos alloqui.* Deſ. *poſtulamus & deprecamur.*

XIV. pag. 279. Beſſarionis reſponſio ad eoſdem Legatos. Inc. *Neque ullo gravius fuit.* Deſ. *oſtendere profeſſiones.*

XV. pag. 280. b Eiuſdem in Civitate Romana Legati Oratio habita, quum Ludovicum Beneuolum vexillo donaret, quam Nicolaus V. miſit Salvatoris noſtri caſe dono veras. Inc. *Leto tuendoque animo.* Deſ. *tuam patriamque tuor fundem.*

XVI. pag. 284. b Decretum Synodi Florentinae Eugenii IV. Veneti Pont. Max. tempore celebratae, in qua Beſſario tunc Tranſcidis Cardinalis propoſitum, Epiſcopus Tuſculanus S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Nicenus maximam laudem & gloriam conſequutus eſt, ſapientiae videlicet & doctrinae fideique Catholicae, cum et poſt latum eum a suis Graecis patriam vocatum, non multo poſt abſens & inſcius Cardinalis renunciatus est; tituli ſcilicet Baſilicae SS. XII Apoſtolorum, ab eodem Eugenio Pont. Max. in teſtimonium fidei integritatisque ſuae domum honeſtatisque ſuae, ſed quippe doctrina atque prudentia orthodoxamque fidem ex illo huic Decreto ejuſdem dederat. Inc. *Eugenius Epiſcopus &c. Laetentur coeli.* Deſ. *dignitat eorum. Datum Florentiae in ſeſſione publica Synodali ſolemniter in Eccleſia majori ii Abentii anno Incarnationis Dominicae MCCCC XXXIX prid. Nonas Julii Pontificatus noſtri anno nono.* In Conciliis Labbei Tom. XVIII. pag. 1181.

XVII. pag. 288. b Eiuſdem Beſſarionis Oratio in capite B. Andreae Apoſtoli, e Peloponneſo Romam allatum, & orationem primo a Pont. Pio II. exceptum, praeſente Thomae Palaeolo o Peloponneſi Deſpoto, qui id tulerat. Inc. *Ecce ſuavem tuum Beatiſſime Pater.* Deſ. *hoc poſt tui ſuſſi.* Thomas Palaeologus, Conſtantini poſtremi Graecorum, qui Conſtantinopoli imperavit fratris, e Pont. tunc Pio II. caput illius Religioni thesaurum Romam detulit. Vid. Maſium Io. Dom. Manſi in Orationem Pii II. ad Caput S. Andreae inter Orationes & Epiſt. e ejuſdem Pontificis ab eo editas Lucae nectum Part. II. pag. 145.

XVIII. pag. 293. Eiuſdem ad Summum Pontificem Paulum II. & Oratores Italiae Oratio de periculis toti Italiae imminentibus. Inc. *Multae ſunt profectio.* Deſ. *ſalutem omnibus conſerventi.*

XIX. pag. 300. b Eiuſdem ad eoſdem Pontificem & Oratores de diſſolvendis ſedandis & bello in Turcis decernendo Oratio. Inc. *Sunt ut arbitror, de periculis totius Italiae commemorabas &c.* Deſ. *noſtraque omnia metu ac periculo liberemus.*

XX. pag. 316. Eiuſdem ad eundem Pontificem Paulum II. Epiſtola de prima Philippica Demoſthenis. Inc. *Quum nonnumquam cogitarem.* Deſ. *tum ſunt intelligens tantam gratiarum reſſe noſtrae convenire.*

XXI. pag. 328. b Clariſſimi omnium Oratoris Demoſthenis prima in Philippum Macedonum Oratio, ab eodem Niceno ad ſuum propoſitum traducta. Inc. *Ceterum permane non aberrantium arbitror. Athenienſes.* Deſ. *omnium nam gratum vides bene ac feliciter eveniat.*

XXII. pag. 300. b Eiuſdem Niceni ad eundem Pontificem Epiſtola de eadem Oratione. Inc. *Hoc eſt Pont. Beatiſſ. ſummo illius.* Deſ. *preces maxime poſſunt preterea aut atque abeſſet.*

XXIII. pag. 314. b Eiuſdem Epiſtola Venerabili Patri Domino Beſſarioni Ordinis S. Benedicti ſectatoris S. Iuſtinae & Abbati S. Severini Neapolis. Inc. *Deploravam, ut fuiſſet, Clariſſime tum talem totum.* Deſ. *quod unde tibi ſitae eſt. Vale in Domino, & ore pro pupil Chriſti e ſalute & pro me ipſo. Romae v. Auguſti MCCCCLXX. B. Card. Nicenus manu propria;* ex qua ſubſcriptione ſorte erui certe quis poteſt, autographum eſſe hunc Codicem. Orationes quatuor ad Italos, de Chriſtianorum clade in Chalcide habentes de periculis Italiae poſt expugnatam Hydruntum imminentibus, de ſedanda diſcordia, & bello in Turcas decernendo, & praefatio in Demoſthenis Olynthiaca recenſentur a Chriſt. Frid. Boernero in Libro de Hominibus Doctis Graecis Lipſiae MDCCL. 8. pag. 16. Harum Orationum tres, una cum Epiſtola ad Guil. Fichetum, & ad F. Bartolomaeum Montanum & Abbatem editae ſunt Pariſiis A. MCCCCLXXI. 4. Vid. Muratorium Tom. I. pag. 294. idem Tom. V. pag. 133. Rerum memoret Beſſarionis huius argumenti Orationem ediderat A. MDXLIII, laborque ſunt dictae quatuor Orationes Volumini II. Conſultationum, atque Orationum Turcicarum Nic. Reuſneri.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitide exaratus & notis quibuſdam marginalibus. Conſtat foliis ſcriptis 327.

APOLOGI BARPT. SCALAE.

Cod. III.

APologi centum Barptolemaei Scalae Equitis Aurati & Secretarii Florentini, praeviis Capitum tabula, & exordio ad Laurentium Medicem, quod inc. *Arbitror, verum eſt, quod elegantiſſimus Comicus poſito in Eunucho ait: denique nullum iſt iam dictum, quod*

Google

quod non ſit diſtare prœs. Deſ. *alter videtur.* Apologus I cui titulus *Obſervantia* inc. *Vos ego commonefacio, mea libelli, importunae ad quempiam ut ne accedatis.* Ultimus inſcriptus *Numerus* deſ. *omnium uſus & vos, Apologi, paene oratio, ut numero valere poſſim, ſi deſit veritas, valete Apologi.* Tum brevis haec Epiſtola (1) ſubiungitur: *Chriſtophoro Landino ad Bartholomaeum Scalam. Salve Vaſlgi Apologos tuos, ac quibus voluit ergo eſt Apologus, omnes probo plurimo vehementer laudo, multa etiam admiror. Ingenioſi argumentum, in quo ingenium tuum regnare videatur.* Vale. Inde ſcriptoris nota adponitur rubris maiusculis litteris & quidem ita: *Antonius Sinibaldus exſcripſit calamo currenti Florentiae XX Septembr. MCCCCLXXXI.* In ſubſcriptum eſt. *Admiramur tantum, ut parvi laremus atque.* Clauditur tandem Codex ſequenti Epigrammate inſcripto: *Proteonotario Geraldino Regis Legato Tiburtino ad Bartholomaeum Scalam Vexilliferum Iuſtitiae Reip. Florentinae*

Naturam, & mores, ſectam, res, tempora, caſus,
Et demum artiſex ſchemate cuncta notat,
Felix, qui proſa, quaeve ſit forma loquutus,
Scala tamen cultu ſaecla vetuſta movet.

Michael Verinus in quadam Epiſtola ad Vgolinum patrem relata a Gaddio Tom. II. de Script. non Eccleſ. Scalam vetere Aeſopo graviorem in hoſce Apologis commendaſſe ſe arbitratur. Eſtque Epiſtolae Lib. VIII. ſup. ad Georgium Cyprium aut *Omnes Stalae meſtis Apologos & elegans mihi videtur, & maſculum.* Vide quae de Scala dicta a nobis ſunt in Praef. ad Colleſt. Veter. aliquot Monument. Antiq. appenſi & pag. xiii, a Cl. Apoſtolo Zeno Diſſert. Voſſian. Tom. II pag. 261 qui hunc eumdem memorat Codicem, & a D. M Mannio in vita Scalae Flor. MDCCLXVIII & pag. 49.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus cum initialibus litteris, auro variiſque coloribus depictis. Conſtat foliis ſcriptis 45.

BLONDI FOROLIVIENSIS ITALIA ILLVSTRATA.

Ac praeterea

Romae illuſtratae Liber III.

Cod. IV. I. pag. 1 **B**Londi Flavii Foroliviensis Italia Illuſtrata, cum Prologo, cuius initium eſt *Quem modo deſcribere* Deſ. *debere contenderem.* Opus inc. *Italiam deſcribere exorſi.* Deſ. *Monſ[illegible] inſeſtum iſt promeum*, ut in editione eius Operum Baſileae in Officina Frobeniana menſe Martio A. MDXXXI fol. a pag. 293 ad pag. 422.

II pag. 153. Eiuſdem Romae Inſtauratae Libri tres, praeviis Capitum titulis & Epiſtola nuncupatoria ad Eugenium IV Pont. Max. cuius initium eſt *Vrbis Romae* Fini: *maxime oppinamur* Liber I. inc. *Vrbis Romae rerum dominae olim Vitiorum* deſ. *ceterorum ducere maiores poſſemus.* Ibid. a pag. 222 ad pag. 272. De Blondo, qui obiit A. MCCCCLXIII. deque eius Operibus egregie diſſerit Apoſtolus Zenus Diſſert. Voſſ. Tom. I. pag. [illegible]

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV nitidiſſimus, cum initialibus Librorum litteris eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 215.

ASCONIVS PEDIANVS

Adde etiam

Autoris Liſſi in quaſdam Ciceronis Orationes Inquiſitus Artes.

Cod. V. I. pag. 1 **Q** Asconii Pediani (ſic) adnotationes in M. T. Ciceronis Orationes, quae inſcriptionibus carent, praeter primam, cuius titulus rubro minio litteris exaratus eſt. Nos tamen editionem Iuntinam A. MDXIX. & prae manibus habentes, titulum ſingulis ita reſtituimus.

I pag. 1 eſt in Senatu contra L. Piſonem.

II. pag. 6. pro M. Scauro.

III. pag. 10. pro Milone.

IV. pag. 20. & pro Cornelio de Maieſtate.

V. pag. 29. in Senatu in toga candida contra C. Antonium, & L. Catilinam competitores.

VI. pag. 33. & in Caium Verrem Divinatio.

VII. pag. 43. & in Verrem Liber ſecundus.

VIII. pag. 53. Accuſatio in Verrem.

IX. pag. 72. de Praetura Urbana in Verrem. Primae titulum eſt: *Haec Oratio dicta eſt Cn Pompeio Magno II M. Craſſo II Coſſ.* Vltima deſ. *ſingula viſa eſt pollere uſque ad ne (ſic) ſed propter . . . .* In fine legitur: *Finit argumentum quarumdam Orationum Ciceronis earum quae invenimus in Monaſterio Sancti Galli quae licet imperfecta & incompleta hoc loco interrupta eſſe videantur, non mediocrem tamen ſtudioſis poterunt utilitatem afferre. Die XXV Iul. MCCCCXVI. E. de Monte Politiano (1).* Multis itaque inde lecunis adfectus eſt textus Asconii. Huius autem A[sconii] exemplaria in hoc Bibliotheca adſerit Cl. Lagomarſinius, qui ea

(1) Haec praeſtantiſſimus ociam in noſtra Specim. Hiſt. Litter. Tom. II pag. 157.

(1) Hoc eſt alii Bartholomaeus ab Epiſtolis Martini Papae V. qui cum Poggio reperit Conſtantiae Aſconium, quique ut inde antiquo Codice . . . vel ex Poggii exemplo hunc tranſcripſit Codicem. Poggii . . . Aſconii exemplar . . . in folia corruptum [illegible]

ex omni excerpta in Epistola ad Franciscum, in qua quid ex P. frustra intercidisset, demonstrat. Hos Commentarios dabemus Poggio, qui eos Constantiae in S. Galli Monasterio reperit, ut ex eius Epistola ad Guarinum A. MCCCCXVI. inscripta videre est. Mendosos autem esse hos Codices ex iamdi Poggii exscribendis videntur adsumat laudatus Lagomarsinus, prout vidit Romanum editionem Orationum A. MCCCCLXXI. apud Gentiofum Saltuonem &c.

II. pag. 74. Sequitur, sed sine ullo titulo, Inquisitio artis in Orationes quatuor M. T. Ciceronis, auctore Antonio Lusco Vicentino, quae sunt

i. pag. 74. Pro M. Marcello.

ii. pag. 77. Pro A. Licinio Archia Poeta.

iii. pag. 80. b. Pro A. Cluentio Avito.

iv. pag. 91. Pro Q. Ligario. Concordant autem cum editione, quam a tabulis infra in recensione Codicis VII. hic usque Plutarum, maiorem ipsarum numerum continente.

III. pag. 100. A. M. T. Ciceronis Orationum fragmenta, & item anepigrapha, videlicet

i. pag. 100. b. Pro T. Annio Milone.

ii. pag. 103. Pro M. Coelio.

iii. pag. 104. b. Pro Roscio Amerino.

iv. pag. 107. b. Pro Murena.

v. pag. 108. b. Iterum pro M. Coelio.

vi. pag. 110. Pro Aulo Cluentio Avito.

vii. pag. 11d. Rursus pro L. Murena.

viii. pag. 117. b. Iterum pro A. Cluentio Avito.

ix. pag. 119. Iterum pro Sext. Roscio Amerino.

Codex membranus Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus, sed multis scatens erroribus, non initiali, ac titulo aureo in principio. Constat foliis scriptis 120.

BENEDICTI ARRETINI DE BELLO CONTRA TVRCAS

Cod. VI. **B**Enedicti Arretini (1) de bello a Christianis contra barbaros gesto pro Christi sepulcro & Iudaea recuperandis Libri IV. praevia Epistola nuncupatoria *ad clarissimum & praestantissimum virum Petrum Medicem*, quae inc. *Saepenumero mecum animo repetens* &c. Des. *possbat dedicatus ad hiseruam excitabar*. Liber I. inc. *Quum sub Heraclio Caesare Romanum imperium magna ex parte concussum*. Vltimus des. *frustra pauca Dei praesidio praeclarum pervenerunt*. Tum adscribitur: *Liber Petri de Medicis Cos. F.* Opus hoc ad stylum Curtiani oratoriae compositum lucem primum vidit Venetiis per Bernardinum de Vitalis MCCCCXXXII. 4. ac deinde plures recusum fuit, ut animadvertit Cl. Zenus Dissert. Voss. Tom. I. pag. 163. De eo Opere iudicium etiam Paullus Cortesius in Dialogo de Hominibus Doctis pag. xx. *Benedictus*, loquit, *Arretinus*, *qui bellum Asiaticum magnum, atque difficile eloquentissime prosequutus est attulisque lumen rebus involutis*. Ex hoc Opere celeberrimi sui Poematis Torquatum Tassum ideam transisse indicavit Cl. Zenus.

Codex membranus Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus auratis & coloratis in principio, titulo aureo, & Medicea stemmate. Constat foliis scriptis 101.

ANT. LVSCI INQVISITIO ARTIS IN ORATION. M. T.

ANtonii Lusci Vicentini, Secretarii Illustrissimi Ducis Mediolani, ad suum fratrem optimum Affinissimum de Mirandolibus Secretarium Magnifici Francisci de Barbarariis Inquisitio artis in Orationibus Ciceronis, cum Proemium: quod inc. *Magna res est eloquentia, frater insignis*. Des. *ex sit enim hoc opus inutile, & vanus labor*. Orationes vero, in quas Inquisitio Artis sit, hae sunt Cod. VII

i. pag. 3. b. Pompeiana. In ediit sub titulo *In omnes M. Tulli Ciceronis Orationes quotquot quidem exstant doctissimorum veterum Enarrationes summa diligentia ac singulari erga Ciceronianae eloquentiae studiosos fide in unum velut corpus redactae &c. Lugd. apud Io. Tornaesium & Gulielmum Gazeium MDLIV.* Tom. II. a pag. 204. ad pag. 215.

ii. pag. 12. b. Miloniana. Ibid. a pag. 1304. ad 1349.

iii. pag. 26. b. Planciana. Ibid. a pag. 1073. ad pag. 1086.

iv. pag. 37. pro Sylla. Ibid. a pag. 875. ad pag. 881.

v. pag. 42. b. pro Aulo Licinio Archia Poeta. Ibid. a pag. 909. ad pag. 912.

vi. pag. 45. de laudibus Caesaris, occasione M. Marcelli per Caesarem restituti. Ibid. a pag. 1540. ad pag. 1543.

vii. pag. 47. b. pro Q. Ligario. Ibid. a pag. 1594. ad pag. 1601.

viii. pag. 53. b. pro Deiotaro. Ibid. a pag. 1697. ad pag. 1704.

ix. pag. 58. b. pro A. Cluentio Avito. Ibid. a pag. 80. ad pag. 490.

x. pag. 67. b. pro P. Quinctio. Ibid. a pag. 1. ad pag. 6.

xi. pag. 72. pro L. Flacco. Ibid. a pag. 791. ad pag. 793.

Codex chartaceus Ms. in 4. minori Saec. XV. in cuius fine legitur: *Est Encaramini de Regulis*. Constat foliis scriptis 96.

BENEDICTI ARRETINI DIALOGVS

BEnedicti Arretini Dialogus de Viris illustribus sui temporis ineditus, quem praeter savi ad clarissimum virum Cosmum Medi- Cod. VIII.

(1) Natus est Benedictus Accoltus Michaelis filius, Advocatus et [illegible] Iuris utriusque Civilis Florentiae Ordinarius Professor. A. MCCCCLVIII. Obiit autem Secretis Reip. Flor. A. MCCCCLXV. [illegible] Hic plura Consilia Mss. Arretii, ac Florentiae exstant, & publicata quaedam sunt Opera Scenica.

Google

decem. Præfatio inc. *Legenti mihi ſæpius veterum libros.* Deſ. *non nomine atque numine in æternum fuere.* Dialogus inc. *Nuper quum apud Antonium paruladum.* Deſ. *&c. quam tandem animi mihi uſu tuli, & ſimus.* Hunc Dialogum ab Antonio Magliabechio acceptum publici iuris fecit Petrus Cl. Brechmius pen hanc Mss. hieri Vienna A. 1627. in 12. cum præmiſſa de auctore vita in compendium redacta.

Codex membranaceus Ms. in 8. minori Sæc. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio Præfationis & Dialogi, ſupra quam drei poſe Ie compendium. In quo Mediceum Stemma urnamo lectorum, adparet adſcripta vox SEMPER. Conſtat foliis ſcriptis 56.

BENEDICTI PISTORIENSIS DECLAMATIONES.

Cod. IX. I. p. 1. BEnedicti Piſtorienſis ad Magnificum virum ſuſcitum Medicem Declamationum Liber, cum Epiſtola nuncupatoria, quæ inc. *Quum eſſet admodum adoleſcens P. Scipio &c. Paulus, quo Perſen victo filio, in . . . . non timere aut potenter ſi taceo allubuiſſe, ſimillimum fore vid cave.* Deſ. *ſunt munuſculum compoſſe.* Caſtum vero ſtilisſe di has Declamationes his explicat verbis pag. 3. *Puloſſimo nuncque dies quo omnium de Regum Regi Natalitia celebrantur cum Marſilio primi in noſtro in gymnaſio ſua convenerunt Baldus, ac Alexander Braccius, duo eloquentiſſimi viri, Nicolaus Michelotius & Angelus Politianus, ſideres ſuavibunt iis . . . . quinque proſtantes ac . . . . Paulus Antonius Soderinus, Joannes Cavalcantes, Badocius Rucellaius Franciſcus Berlinghierus . . . . . . & noſter Carolus Marſuppinus. Hi . . . . dum Ficinus ſermones ut in tali ſolemnitate geſſus eorum Declamationes tradarum faberet, in qua ad ſuſ pande orone . . . . commmenium nostri butarentur. Forte igitur Ioannis Cavalcanti primo Orans ad Pontificem Romanum convergiret que quum non ſublimorem quemdam locum adſcenderet ergo, & Marianus Piſtorienſis, quibus ſemper Marſilio domus patet, dixeris ultima ad Michelottum tandeſcerent ut aliquid certi de ipſis Florentiniſſ Principis audiremus.* Hu Abſolutis Epiſtolis nuncupatoria ſubſequuntur Declamationes hoc ordine.

II. pag. 4. Ad Sanctiſſimum Sixtum IV. Pontificem Maximum Chriſtianorum Declamatio. I. Cavalcantes loquitur. Inc. *Modo me ab hac prima declamatione.* Deſ. *ac ſanctiſſimum Pontificem cum memoria perpetuo auctus elocuar.*

III. pag. 14. Ad Maieſtatem Ferdinandi Invictiſſimi Latinorum Regis Declamatio ſecunda. Benedictus loquitur. Præfatio inc. Prologus cuius initium eſt. *Paſſquam bene ac ſere &c. finis hic in ſere eſt.* Notandi hic ſunt pag. 16. h. ea quæ ſequuntur. *Quam Naldus atque eroſes . . . . . Alexander braccius eſt ſolito quo-*

tus. Quod de gymnaſio decreta Poli nunc conſtamus? Maximus admodum adoleſcens Thomas Maſſimus, vixit eloquentiſſimus, cum hic noſtro Benedictus in libero ... Cumque in fundo, audacter ſua ſæpe dixiſſe &c. Declamatio inc. *Inclyta virum &c.* Deſ. *omnium mortalium ingenia ſuperantur.*

IV. pag. 27. Ad Clariſſimum Venetorum Senatum Declamatio tertia. Paulus Antonius Soderinus loquitur. Præfatio inc. *Redacturi Reſolutum memoribus ſiue Agnoſcam.* Deſ. *ac hanc ob unde verbis deſeram.* Declamatio inc. *Quemadmodum inter hunc gentem.* Deſ. *amicitiae felicitſime longe ante.*

V. pag. 34. Ad Illuſtriſſimum Principem Galeaz Sfortiam Iuſtiſſimum & Invictiſſimum Ducem Declamatio quarta. Baldus loquitur. Præfatio inc. *Idem hodie non repeta.* Deſ. *poſ . . . . . . ſi . . . . . . veniret.* Declamatio inc. *Quamvis . . . . ſecundat & dignitati.* Deſ. *sua . . . . ſſime . . . . conſtitutus.*

VI. pag. 40. Ad Felicitſimum Florentinorum Senatum Declamatio quinta. Marſuppinus loquitur. Præfatio inc. *Iuſſus equidem.* Deſ. *ſic eſt loquuti.* Declamatio inc. *Laurentium mihi tuaque conſtant.* Deſ. *ut omnia . . . . perpetuo liberalitate.* Hinc autem Declamationum Colloquium ſolum ſolitis Epilogo abſolutum, cuius initium eſt. *Poſtquam ſinguli dixerunt ſingulis . . . . . ſuturi caeteris Declamationes ſuas habuerunt, Marſilius omnes pro tempore laudavit, ſeque . . . eſt uniuerſitati &c.* Tum poſt alia pauca ita proſequitur. *Nunc quid Donato Acciaiolo ſiue . . . . quid M . . . . quid Romanis genus . . . . Benedicitus . . . . . . qui nuper . . . . . ad ſerandum . . . . eſt. Laudem, clariſſimum viri . . . . ſoeliciſſimum præceptorem, Bernardum (Nullum) eloquentiſſimum Ribertur . . . . dignæ ſunt! Quas hoc viri nullo . . . . ſe . . . . & admodum . . . . magno & præclare ingeniis . . . . Te vero Benedicte Piſtorienſis, ſi quid apud te Marſilium poſſe conſeo, quæ in hac ... dicta ſunt ... (non enim . . . .) & . . . . Itaque . . . . Iuliano Medici . . . . principi noſtro Marſilio, ... ſi noſtram . . . . ille . . . . Iam tempus . . . . Fortuna vero, ... ſuiſſe . . . Finis.*

Benedictus Colucius humili genere natus eſt Piſtorii . . . primas litterarum elementis in patria urbe tradidit, quam Laurum Palæ-

dicum

dem, aliisque ejusdem familiae ex factione Cracillium inter & Panciaticos, eorumque socios magnum motum esse certamen, Flaminium e patria missus est, qua in urbe Marsilium Ficinum excepit primum Cerogdem in Marsuppino sedere; vulgo Aretino, deinde post hunc obitum A. MCCCCLIII. Ei mathes Medices magistratuses est. Cosmum & Petrum Medicem, huiusque filios Laurentium & Julianum, sibi Literatore sibi habere devinctissimos. Diuquentia erat latea per Italiam praecelsa, quam e clarissima viri ut animus Marcum concessit, quo tempore, eum scilicet accepit Pius II. Christianorum Principum coetum ad asserendes Turcarum impetus indixit. At Marcum eius esse temperie ex quo ob Euboeae vitandi Coluccem coepit ut patriam repetiit: Florentiae igitur, ubi rerum potentibus Medicis, plures annos traxit. In munere equidem Cossui Rhetoric maiorem tradebat A. MCCCCLXXXII. Vale plura de eius viro, & semper apud egregium Lou. Mehun in sua Praefatione ad libellum Caleenii de disciplinis Florentinorum, quem edidit Florentiae A. MCCCCLXXVII. & Spectent hoc Declamatione ad A. MCCCCLXXIII, gratium memoriae Dempsterus Etrur. Regal. To. II. c. 13. & itemque Ant. Zacerie in Biblioth. Pistoriensi pag. 181. Hunc Codicem vidit etiam Dorani. Adi illum pag. 336.

Codex membraneus Ms. in 8. Saec. XV. elegantissime, cum pulcherrime picturis in principio, insignibus Medicaeae gentis, & puteolibus. Orationem litteris auro, vitta, que colore mirifice exornata. Constat foliis scriptis 49.

BARTHOLOMAEI SCALAE COLLECTIONES COSMIANAE

Cod. X.

I. pag. 1. VOlumen, in quo diversorum Carmina Poetarum, & Oratorum aliorumque scriptorum de laudibus Cosmi senioris dicta, diligenti opera conquisita, & e Bartholomaeo Scala Florentino publicae e scriptis in unum collecta continentur (1). Praecedit hic vetus Epistola cuius caput est ipsius ex directa ad Laurentium Medicem, quae est huiusmodi, *Barth. Scala Laurentio Medici. Vidro sepi S. D. Colligi Laurentii charissime, scripta omnia & omnia fecit, quae mirum concedimus, ubi nostra Cosmus Avi tui, Patris huius Vidus legendo. Et a dicto in volumine quod misi nunc ad te Vehem ... eam fabulam mori non in ... accepturabis, ex more & legendi & suavi gaudi deque ingrati sui solemne omnia perce ...; & si tibi videbuntur dignum quae legantur ab hominibus, alicui ex Bibliotheca Cosmi in inferuntur curabis. Vale.* Epistolam sequitur Praefatio, quae inc. *Dubitare soleo saepenumero.* Des. *ad scribendum convenimus.* Tandem Collectiones ipsae Cosmianae, & primo quid in eorum opere prosa scripta sunt, hoc ordine progrediuntur,

II. pag. 5. Prologus Michaelis Monachi in Libros Epist. Beati Ambrosii (Generalis Camald.) ad Cosmum Medicem (2). Inc. *Ego egisse a me saepenumero.* Des. *sit perpetuum monimentum.* Epistolae vero Ambrosii, quae in hoc volumine habentur, sunt quae sequuntur.

III. pag. 6. Ambrosii Monachi ad Cosmum Medicem Epist. Inc. *Affectus sum singularis voluptate.* Des. *in solertia a sene Decessi, & Hieronymo fratre, & vale. XVII. Kal. Jun.*

IV. pag. 7. Eiusdem ad eundem. Inc. *Perrexi nam nuper offendo.* Des. *tem eum accuret illum relinque.*

V. pag. 9. Eiusdem ad eundem. Inc. *Abd. fecisti quidam.* Des. *aut enim quidam in nostro grege illum legere. Vale.*

VI. pag. eod. b. Eiusdem ad eundem. Inc. *Misi ad te Libros. Des. & propterea salus fecerit fiere. Vale.*

VII. pag. 10. b. Eiusdem ad eundem. Inc. *Venit item Reverendus.* Des. *salutem mea nomine Laurentium, Corolum N. & vel quos nostri studiosos. Vale. Ravennae XII. Dec.*

VIII. pag. 11. Eiusdem ad eundem. Inc. *Dici non possit.* Des. *solatur cepit. Vale in Domino feliciter commendatione. Bossi cat. X. Kal. Sept.*

IX. pag. 14. Eiusdem ad eundem. Inc. *Scripsi nuper ad me.* Des. *& Laurentium & reliquos salutes. Bossiae III. Kal. Sept.*

X. pag. 15. b. Eiusdem ad eundem. Inc. *Scripsi ad te ex Bossea formula.* Des. *speramus. Vale in Domino. Ex Arno VI. Idus Dec.*

XI. pag. 17. Eiusdem ad eundem. Inc. *Eum nostri.* Des. *tesu optamus. Vale, ora frater ...ce XXI. Sept.*

XII. pag. 17. b. Eiusdem ad eundem. Inc. *Amore nostro.* Des. *fructum. Vale in Domino ipso. Ex nostro Monasterio IV. Februarii.*

XIII. pag. 18. Eiusdem ad eundem. Inc. *Xanthus ipse ... ...* Des. *ora famam gratiam. Vale in Domino. Ferrariae XVII. Ianu.*

XIV. pag. eod. Eiusdem ad eundem. Inc. *Non ... Des. & ... qui ... Vale in Domino, & Laurentio fratri salutem ex me dicito. Ferrariae XVI. Iulii.*

XV. pag. eod. b. Eiusdem ad eundem. Inc. *Legi hodie.* Des. *ſum cognitionem. Vale in Domino. Senis IV. Kal. Ianu.*

XVI. pag. 19. Eiusdem ad eundem. Inc. *Bononiae legi litteras tuas.* Des. *neque officio meo salutem. Ex nostro Monasterio Fontis Boni XXVII. Nov.* XVII.

(1) Hic nempe Codex memoratur ab Apostolo Zeno Dissert. Voss. Tom. II. pag. 181. & etiam a Mazzuchell. In a Historia Bibliothecae ... quem repetit ... Zachar. Tom. VIII. Hist. Litter. pag. ... quod ... Codicem sub numero ... cum ... sed hic non est ... Manuscriptis, ... Manuscriptorum ... qui ... perduxi ... credibile Codicem ...

(2) De Epistolis Ambrosii Camald. quae in hoc Codice habentur, agit Cl. Mehus in Praefat. ad Ambrosii eiusdem Epp. pag. v.

Digitized by Google

XVII. pag. 20. b. Eiuſdem ad eumdem. Inc. Veni nunc. Def. vale, habe te videbo.

XVIII. pag. 21. Eiuſdem ad eumdem. Inc. Ex noſtrorum literis. Def. ut perlibenter. Idibus Decemb. Ex Eremo noſtra XVI. Aug.

XIX. pag. eod. b. Eiuſdem ad eumdem. Inc. Accepi a vobis. Def. remaneant. Florentiae IV. Febr.

XX. pag. eod. Eiuſdem ex Epiſtola ad Laurentium Medicem. Inc. Quum iucunde legerem prius me literas tuas. Def. quibus praecones celebrent.

XXI. pag. 22. Eiuſdem ex Epiſt. ad Nicolaum Nicolum. Inc. Ex quo noſter Coſmus. Def. beatior, atque felicior.

XXII. pag. eod. Leonardi Arretini Praefatio in Libros Oeconomicorum ad Coſmum Medicem. Inc. Proceſſu ſum intendens. Def. vero ad tertium Ariſtotelis nominaret. Vid. Laur. Mehus Praef. ad Epp. Leon. Arretini pag. xxxvii.

XXIII. pag. 24. Poggii Epiſtola ad Coſmum. Inc. Ibernaymum de Bardis dilexi ſemper. Def. in bonam partem accipias velim. Vale. Romae XXVIII. Nov. Habetur in edit. Argentin. alias cit. pag. 61.

XXIV. pag. eod. b. Eiuſdem ad eumdem Epiſtola conſolatoria de exſilio. Inc. Quamvis hoc tuus graviſſimus caſus. Def. profecto eſt. Romae. Ibid. pag. 63.

XXV. pag. 28. Eiuſdem ad eumdem poſt reditum ſuum in patriam. Inc. Quamvis, ut ſuaviſſime Coſme. Def. vale diu, & mi, ut facis, ama. Flor. V. Kal. Novemb.

XXVI. pag. 31. Eiuſdem ad eumdem. Inc. Memor hoc eſſe. Def. qui te gratiores tibi deſiderant. Vale. Flor. XVI. Kal. Mart.

XXVII. pag. 32. Eiuſdem ad eumdem. Inc. Difficultatem aliam deduco inter doctiſſimos viros, Nicolaum noſtrum, & Carolum Arretinum ... Def. in obliviſcerem libertati. Vale. Praemittitur Libro de Re Uxoria.

XXVIII. pag. eod. b. Eiuſdem Praefatio in Lucianum de Aſino Aureo. Inc. Quum eum, qui de Aſino Aureo inſcribitur Apuleii librum legiſſem. Def. & vacuus a ſtrep. ...

XXIX. pag. 43. Caroli Arretini philoſophi atque poetae clariſſimi Coſmo Laurentioque Medicibus de morte Nannini matris conſolatio. Inc. Nuper vero. Def. me ſcribere iuſſiſſet. Valete viri praeſtantiſſimi, ac iterum bene valete.

XXX. pag. 51. b. Ioannis Argyropuli Conſtantinopolitani Praefatio in Libros Phyſicorum Ariſtotelis ad Coſmum. Inc. Si quamvis tempora.. admoveo. Def. aut te & nobis ... decet. Vale.

XXXI. pag. 54. b. Eiuſdem Praefatio in Libros Ariſtotelis de Anima a ſe traductos ad Coſmum Medicem. Inc. Hominem, ut ii non ... Def. voluntate tueantur. Vale.

XXXII. pag. 56. b. Eiuſdem ad Magnificum virum Coſmum Medicem de Libris Poſitionum Praefatio. Inc. Ioannes Argyropylus. Def. de materia poſſet. Vale perpetuo felix atque beatus.

XXXIII. pag. 57. Eiuſdem Exordium in Libros Ethicorum. Inc. Si ea mihi ſervanda ſunt. Def. noſtra ſub perſona ſunt collocata. Vale.

XXXIV. pag. ... b. Nicolai Tignoſii Fulginatis Philoſophi & Medici ad clariſſimum virum Iacobum Medicem de laudibus Coſmi patroni eius Opuſculum. Inc. Quum apud Peruſiam. Def. apud Peruſiam intendiſſe.

XXXV. pag. 74. Rogerii Donati Carchadienſis ad clariſſimum virum Coſmum Medicem Patrem Patriae. Inc. Verebar equidem. Def. poſthac ſubvenire. In fine legitur: In hunc Denarium quem in toto corpore urſinum ... peracti, Bartholomaeus Scala in hunc modum luſit

Iſte in noſtris quondam fuerat ſpina, Auxiſſet ruptam ſordidulamque togam.
Coſmus pro rupta dedit mox candidamque
Fiunt quae fuerant ſordida rapta pereunt.
Inde pedes, indeque manus, toto redit, integraque
Veſtitus vultus omnis nudus erat.
Vos igitur nunc monere, quibus eſt ergo rupta, poſitae,
Et qui hoc haud uſu eſt veſtis honeſta ſatis,
Quaerite Iatrum; dabitur ille homo;
Coſmus cuim hoc luce dat genus eſſe novum.

XXXVI. pag. 78. Iacobi Bracelli ad Coſmum virum clariſſimum Epiſtola. Inc. Quum evolverem quaſdam libellos meos, ut iterum capiebar admodum aliquid reperire, quod te delectaret, neque ergo beneficentiam tuam gratam demonſtrarem, perapportune venit ad manus hic liber Divi Auguſtini, qui de Gratia Novi Teſtamenti ad Honoratum inſcribitur. Def. & me tua ſolet gratia proſequere. Ex Mediolano XXVII. Aug. MCCCCLXII.

XXXVII. pag. 79. Marſilii Ficini in Xenocratem Platonis de morte ad Petrum Medicem. Inc. Coſmus Italiae decus. Def. aliquando ſeventum.

XXXVIII. pag. eod. b. Eiuſdem Ficini interpretatio ſententiae Platonis de Felicitate ad Coſmum Medicem. Inc. Quum in ſummo tempore curare aliquo unquam ſunt. Def. mecum & effectum invaſiſſe. Calls. III. Idus Ianuarias MCCCCLXIII.

XXXIX. pag. 81. Eiuſdem ad Coſmum Medicem Patriae Patrem Epiſtola cum Orphei hymno quodam a ſe translato. Inc. Superioribus diebus hymnum Divi Orphei, quem ad Coſmum idem dixit. ... ipſe quoque ſemper lyrae relaxandae animi gratia, muſica modulo referebant. Def. decantasse. Prid. Non. Sept. MCCCCLXII. in Calli. Vale feliciter.

XL. pag. eod. b. Pii II. Pont. Max. Epiſtola ad Coſmum de bello laſceſcendo contra Turcos (1). Inc. Dilecte fili, ſalutem & A-
 ...

(1) Haec Pii II. Epiſtola ad Coſmum non occurrit in editione Operum Baſileenſi anni 81.

ſed cum, benedictionem ... beatiſsimi patris, Coſme ſili, per litteras noſtras propoſuerim, quod ... habeamus ... Dat. ... Romae apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ... Novembris MCCCCLXIII Pontificatus noſtri anno VI.

XLI. pag. 83. b. Ejuſdem ad eumdem Epiſtola conſolatoria de morte Ioannis filii. Inc. *Dilecte fili &c. ... Ioannis filii ... Dat. ... Romae apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ... Decembris MCCCCLXIII Pontificatus noſtri anno VI.*

XLII. pag. 84. Coſmi Medicei ſuperioris conſolationi reſponſum. Inc. *Vidimus ... Beatiſsimi Pater ... Deſ. ... Sanctitati ad Deum preces ...*

XLIII. pag. ead. b. Ejuſdem Coſmi Medicei ad Summum Pontificem Epiſtola, quae reſpondet praecedenti, de qua ſupra § XL. Inc. *Accepi ſuperioribus diebus litteras ... Sanctitatis ... Deſ. ... debeo.*

XLIV. pag. 86. Andreae Alamanni Oratio in funere Ioannis Medicei Coſmi filii. Inc. *Proloquium ... Deſ. ut ... & lumine ſacram ... conſolari.*

XLV. pag. 89. b. Fr. ... Catharinenſis presbyteri Epiſtola conſolatoria in funere Ioannis Medicei ad Coſmum eius patrem. Inc. *Quam videram ... Deſ. ... Florentiae Kal. Dec. MCCCCLXIII.*

XLVI. pag. 97. Antonii Alli Conſolatoria ad Coſmum Medicem in funere Ioannis filii. Inc. *Vix ... Coſme ... Deſ. ... Vale.*

XLVII. pag. 104. Bartholomaei Scalae Dialogus de Conſolatione, qui dicitur *Coſmus*, praeit Epiſtola manu ipſius auctoris ... Laurentio Medici ... Inc. *Si ... conſolandi ... Deſ. at ... Vale.* Dialogus inc. *... Medicei ... Deſ. ... ferenda eſſet.*

XLVIII. pag. 113. Pii II. Pont. Max. Conſolatoria ad Petrum Medicem, Coſmi filium, in funere patris. Inc. *Dilecte fili &c. Intelleximus ... Coſmum ... Deſ. haec te non ignorare volumus. Datum Anconae ſub annulo Piſcatoris die VIII Auguſt. MCCCCLXIV anno Pont. noſtri VI.* Non habetur inter eius Opera, ... extat.

XLIX. pag. eod. b. Antonii Alli ad Petrum Coſmi filium de morte patris conſolatorium (c). Inc. *Quam ſibi ... Deſ. ... ſunt ... potuit.*

L. pag. 135. Sequuntur Carmina variorum in laudem Coſmi Medicei, quibus praeponitur Praefatio Bartholomaei Scalae ad Populum Florentinum Coſmum ... Inc.

Si ſuperi ... Coſmum ...

Deſ.

Coſmum ... verba ...

Inter Carmina Illuſtr. Poet. Ital. Florentiae editorum in 8. Tom. VIII pag. 489.

LI. pag. 135. Gentilis Becchi de laudibus Coſmi Elegia. Inc.

Coſme ... edere ...

Deſ.

Ut ſolet ... Deus.

LII. pag. 136. b. Ejuſdem ... pro ... Carmen ... Inc.

... ſuper ...

Deſ.

...

LIII. pag. 137. b. Nilde de Naldis ad eumdem Carmen elegiacum. Inc.

Heu ... carmen ...

Deſ.

Maxime germane, ... terra ...

Inter clar. Carmina Illuſtr. Poet. Tom. VI. pag. 451.

LIV. pag. 140. b. Alberti Advogadrii Vercellenſis de religione & magnificentia Illuſtris Coſmi Medicei Florentini Libri II. elegiaco carmine. Primus inc.

Coſme, non poteris ... bello.

Alter deſ.

Quis ... me ... ſit ... pretium.

LV. pag. 152. b. In ſepulcrum Coſmi Bartholomaei Scalae Tetraſtichon ... quod ſequitur eſt:

Quae vera eſt Coſmi ſtatua, haud vera videtur,

Diſsimilis adeo longa ſenecta facit.

Talis erat quondam ... ſuſtulit aetas

Ex homine ... ſingere velle deum.

In ... collectione Tom. VIII. pag. 489.

LVI. pag. 153. Gentilis Becchi ad Magnificum Coſmum Epigramma. Inc.

Sunt

(c) ... Monitum ... Catalogus.

Sunt quæ te primum Patriæ dixere Parentem.

Deſ.

Felicem totum ta vera muſa canit.

LVII pag. ead. Naldi de Naldis ad eundem Epigramma. Inc.

Jam tandem Italiæ fugientes prendimus oras.

Deſ.

Sit tibi ſi placeam Coſme beatus eram.

In cit. Collect. Tom. VI. pag. 4. 5.

LVIII pag. ead. à Franciſco Caſtellonenſis ad eundem Elegia. Inc.

Coſme tuum magnis colere & celebrare Poetas,

Deſ.

Reddis Caſtellam poſſe ſub ea iterum.

Ibid. Tom. III pag. 310.

LIX pag. 154. Euſdem ad eundem Epigramma. Inc.

Coſme tuam repeto ſupplex in, atque, quæcuque.

Deſ.

Extinis cantat numeroſque lyram.

Ibid. pag. 311.

LX pag. ead. à Euſdem ad natos Coſmi Medicis Hendecaſyllabon Inc.

Ad vos, progenies clariſſima, celſa propago,

Ibid. pag. 312. In fine legitur *Valete, nec mirum ut ſi rarius videbitis poeta, ventus eſt.*

LXI pag. ead. à Euſdem Magnifico Coſmo de Medicis ad Hendecaſyllabon. Inc.

Cæſar in ſi factis magni mei Cæſare digna.

Deſ.

Carmina quæ refero, atque paulo meo eſt.

Ibid.

LXII. pag. ead. à Coſmo de Medicis virorum fortiſſimo & virtute præditiſſimo Carmen elegiacum ſorte exiſtdem Inc.

Salve honor Auſoniæ gentis, ſpes una repetam

Deſ.

Pulc, Deus et mea Elyſiumque petas.

Ibid.

LXIII. pag. 155. Ad virum omnium præſtantiſſimum Coſmum Medicem ipam & rogatum ſuum. Inc.

Coſme, tuas aures ſi parva implere licebit.

Deſ.

Nullaque non ætas ſtudeat memoraſſe tuorum.

In fine *Vates clientulorum Thomas Seneca grammaticus*. Extat in cit. Collect. Tom. IX. pag. 19.

LXIV. pag. ead. à Angeli Lapi Faventini ad Magnificum Coſmum Medicem. Inc.

Coſme, vir Etruſcus (1) ortum clariſſime, & ingens.

Deſ.

Verſibus & nomen tollere ad aſtra tuum.

Ibid. Tom. VI. pag. 123.

LXV pag. 156 à Carmen epigraphum, ſed eſt eiuſdem Angeli Lapi. Inc.

CLIII. pag. ead. Franciſco Sphortiæ Duci Mediolanenſium. Inc. *Clarum iam ſæpe* ... *quod Caeſarem* ... Deſ. ... *in omni loco ſum paratus.* Ex *Ratiſpona die XX. Maii* MCCCCLIV.

CLIV pag. ead. à Martino Meyer Licentiato in Decretis Inc. *Longum deo ...* Deſ. *& alia ... pectore. Vale.* Ex *Ratiſpona die XXIII. Maii* MCCCCLIV.

CLV. pag. ead. Eidem. Inc. *Ex Ratiſpona quam acceperim a te accuratum eſſe.* Deſ. *egregie dullum Europiæ caput.* Ex *Nova Civitate die VI. Iunii* MCCCCLIV.

CLVI pag. 112. Eidem. Inc. *Ex me ... admonitus ſum intelligens* ... Deſ. ... *conſolare ſiem. Vale.* Ex *Nova Civitate die XV Iunii* MCCCCLIV.

CLVII pag. ead. Ioanni Card. S. Angeli. Inc. *Ex Ratiſpona ſcripſi quæ geſta in Conventu Germanorum fuere.* Deſ. *invenem Gallum. Vale.* Ex *Nova Civitate Kal Martii.*

CLVIII pag. 113 Henrico Senſleben. Inc. *Reverſus ex Ratiſpona reperi hic in loco* ... Deſ. ... Ex *Nova Civitate die XVI Iunii* MCCCCLIV.

CLIX. pag. 114. Venerabili Decano Frisingenſi. Inc. *Tu amice in Chriſto* ... *Reverſi ex Conventu Ratiſponenſi* Deſ. *ſalvere iubeas.* Ex *Nova Civitate die XX Iunii* MCCCCLIV.

CLX pag. 115 Martino Stolzo Iuriſconſulto. Inc. *Accepi de more tuo ...* Deſ. *vali cum coniuge & liberis.* Ex *Nova Civitate die XIX (ſic)*

CLXI

CLXI. pag. ead. Bartholomaeo Capraeo Senensi. Inc. Scripsimus tibi nuper per nonnullos Graecos. Des. quos audivimus nunc ipse Neapoli. Vale. Ex Nova Civitate ut supra.

CLXII. pag. ead. Francisco Ptolemaeo Canonico Senensi. Inc. Dedimus ad te litteras per Guarium quendam. Des. vale, & nostros omnes iubeto salvere. Ex Nova Civitate Kal. Iulii.

CLXIII. pag. eod. b. Ioanni Gregoriano Lucensi Legum Doctori. Inc. Reversus nobis ex Ratisponensi Concilio. Des. sors nostra provenerit. Vale. Ex Nova Civitate Austriae die XXVIII. Iunii.

CLXIV. pag. 116. Dilectis fratribus Dorotheo Guthmerich. Inc. Audit nobis Pater litteras tuas. Des. et devotum amorem accende. Vale. Ex Nova Civitate Austriae die XXIX. Iunii MCCCCLIV.

CLXV. pag. ead. b. Antonio Panhormitano. Inc. Faciliter Vergerium, qui Arrianum transtulit &c. Des. apud Ratisponam fecit. Ex Nova Civitate die XXIX. Iunii MCCCCLIV.

CLXVI. pag. 117. Magnifico Antonio Civitatis Lucanae. Inc. Quum essem in Concilio Ratisponensi. Des. ut vestro iuvetur. Ex Nova Civitate die XXIX. Iunii MCCCCLIV.

CLXVII. pag. ead. b. Ioanni Gregoriano Lucensi Legum Doctori Aeneas Ep. Senensis. Inc. Optato ac peropportune beneficio mihi oblata est occasio. Des. longas integer ep. fieri. Bene vale. Ex Lata die III. Mai MCCCCLIV.

CLXVIII. pag. 119. Aeneas Ep. Senensis Gregorio Lolli Legum Doctori. Inc. Curas fili... frater amantissime, quae tam domum non fore consta veniret. Des. ut te benevolentia in eadem offendent. Ex Nova Civitate die V. Iulii MCCCCLIV.

CLXIX. pag. 120. Eiusdem Francisco Ptolemaeo. Inc. Quum redissemus ex Conventu Ratisponensi. Des. atque ut de tu spem geramus ita facito. Ex Nova Civitate Austriae die V. Iulii MCCCCLIV.

CLXX. pag. ead. Ioanni Episc. Gerundensi. Inc. Fuerunt mihi persuadentes litteras pace quas attulit Frater. Des. quod in mea sit potestate. Vale optime. Ex Nova Civitate ut supra.

CLXXI. pag. eod. b. Dominico Card. Firmano. Inc. Litteras tuas reddidit mihi apud Ratisponam nuper meus. Des. cum me commendo & dedo. Ex Nova Civitate die VIII. Iulii MCCCCLIV.

CLXXII. pag. 121. Martino Mayer Decretorum Doctori, Syndici matrimonium consummari &c. Inc. Audivi tuum nuncium. Dilecte amantissime. Des. ad bonum ire conclusionem. Vale. Ex Nova Civitate die V. Iulii MCCCCLIV.

CLXXIII. pag. eod. Prospero Card. Columnensi. Dixit non alio spem quod contra Turcos expeditio fuit. Inc. Quod infrequenter ad tuam dignitatem scribo. Des. me parere paratus sum. Ex Nova Civitate Austriae die X. Iulii MCCCCLIV. Tum subditur Pium Episcolarum.

CLXXIV. pag. 122. Ioanni Card. S. Angeli. Disputat per dialogum contra errores Hussitarum. Inc. Quaerimus apud Bohemos Apostolicae Sedis legationem obeunti. Des. quando Deus & fata volent, veniemus ad te. Ex Nova Civitate XII. Kal. Septembris MCCCCLI. In edit. Basileensi est Epistola CXXX.

CLXXV. pag. 137. b. Episcopi Tergestini Ioanni Carvaial Diacono Cardinali. Inc. Sumens litteras, idem accidit, quod tibi. Des. nunc ad commendata esse, atque iterum vale. Ex Labaco die XIII. Octobr. MCCCCXLII.

CLXXVI. pag. 139. b. Aeneae Episc. Senensis Francisco Philelpho. Inc. Quod in Mediolani nuper infelicitatem reliquisti. Des. & tibi consulit. Vale. Ex Nova Civitate VI. Kal. Decembr. MCCCCXLIX. Anno iam Aeneas.

CLXXVII. pag. 140. Nicolao Arcimboldo Iurisconsulto. Inc. Scio quosdam periculo saepe verbis scribere &c. Des. posteritati commendet. Vale me recipe & amans. Ex Nova Civitate VI. Kal. Decembr. MCCCCXLIX.

CLXXVIII. pag. ead. Bartholomaeo Rogano. Inc. Aegre, ut visum est tibi. Des. in vale & reipublicae consule, ut felix sit. Ex Nova Civitate VI. Kal. Decembr. MCCCCXLIX.

CLXXIX. pag. ead. b. Ioanni Campisio. Inc. Ioannes Nobilis Bohemus tantam pati venit vel celebratum astronomus. Des. commendatum me facito. Ex Nova Civitate IV. Idus Decembr. MCCCCXLIX.

CLXXX. pag. ead. Ioanni Carvaial Diacono Card. Inc. Credo te non admirari, colendissime Pater. Des. afferre relinquere. Vale iterum mei memor. Ex Nova Civitate die IX. Iulii MCCCCXLIX.

CLXXXI. pag. 142. b. D. Stephano Card. tituli S. Priscae in Pontifici Cratis cum Defensio Fortunae. Inc. Heraldus Alphonsi Regis Portugaliae &c. Des. vale, & non tam apostolum, sed liberum, quam nunc sum, legati. Ex Nova Civitate Austriae VI. Kal. Novembr. MCCCCLIII. In citata editione est Epistola CCXCII.

Absolutis Epistolarum recensione eo ordine servato, quem in Codice obtinent, operae pretium ab instituto nostro arbitramur easdem hoc iterum per alphabeti literas dispositas exhibere, utique pro paucis, quae magnorum in editione operum Basileensi per Henricum Petri mense Augusto A. MDLI. sol. numero, quem in ipsa obtinent e regione apposito designamus.

A

Accepi Breve S. Tuae, per quod intellexi &c. Epist. XXXVIII.

Accepi de matrimonio filiae tuae CLX.

Accepi ex tuis litteris Nicolaum Plast. graviter aegrotum XXXI.

Accepi te appulisse Viennam III.

Accepi in capulum esse CXVIII.

Accepi tuas litteras non sine voluptate, XX.

Admirabar, non, ut scribis, increpabam CXXXVIII.

Digitized by Google

Aegre te viſum eſt tuliſti CXXXVIII.
Ago tibi gratias, quod ad me ſcripſiſti XLVI
Albertum de Wathea Decretorum Doctorum X.
Amiſiſti Papam LXXV
Ancillarum quae in Germania ſunt &c. LXXXXII
Ardet epiſtola tua XXIII
Attulit nobis Petrus litteras tuas CXXV
Audivi tuum avunculum, Doctor amantiſſime CXXI.

B

Beatiſ. Pater &c. Quam laudabilis ſit quantumque fructus attulerit XLV
Bene ſecisti Nicolae noſter LXXIV.
Bene ſuum diligentiae motem tue digno tenuit XXXIV
Bis ad me de Turchis ſcripſiſti CXI.

C

Caroſſeris ſcrutum, ne mecum carmine certes LXXVIII.
Certe ſcio, frater amantiſſime, quia me domum tuo ſine cauſa revocas CLXVIII
Ceterorum litteris, quibus dictum voſtorum CXX
Ciruncellus Papae tabellarius CXLVI.
Clarus Eques Scova, qui apud Caeſarem in Auſtria fuit CXIII.
Clauſis litteris meis ad te directis CXLV
Congaudeo tuae nuptiae CLIV
Conventio Eyzingeri adverſus Comitem Cilliae CXXXVII.
Conventum hunc Francofordienſem juſſu Caeſareae Maieſtatis &c. IV
Credo te, Nicolae amantiſſime iam eſſe Viennſiorum XVIII
Credo te non admirari, colendiſſime Pater LXXXX
Credo tuum dignationem admodum cupere. CXLIII
Cecaſti probe & amice LXXXVII.
Creſos Hiſpanos tuae ad me litteras dedit XXXVI.

D

Dabis mihi veniam, Pater optime CX.
Dedi ad te litteras quinque diebus elapſis CXVI
Dedi meas ad te litteras per Graecum quemdam CXII
Deſine, quaeſo, mitte Aeneas poſcere moſas LXXIX.
Dixit illa, ut aliquando loquitur LXXI.
Dominus Albertus Decretorum Doctor cauſam XII
Duci Mediolani, Montiſferrati & Mantuae Marchionibus CXXVIII

E

Epiſcopi Tridentini gravis & optimi Patris CVIII.
Eſt mihi ſingularis voluptatis CXXXI.
Eſt tuo ad te ſcribo, frater amantiſſime XCVI
Ex caſtris Regiae litterae tuae ad me delatae ſunt CXXIV

Ex his quae ad me ſcripſiſti LX.
Eximie doctor, & fili amantiſſime. Accebiſſimus mihi &c. XLIV
Ex litteris tuis, quas proximis diebus accepimus LXIV
Ex litteris tuis ſentio me eſſe &c. LXXII.
Ex Ratiſpona quum accepiſſem te exoratum eſſe CLV
Ex Ratiſpona ſcripſi quae geſta in Conventu Germanorum ſunt CLVII.
Expoſtulaſti me, frater amantiſſime, commendum VII.
Expecto te ſimulque Nicolaum noſtrum XXXV
Ex tuis litteris admiratus ſum, intelligens &c. CLVI.

F

Frater tuus & Dominus de Clena XIII
Frater tuus Ioannes Praepoſitus Varaginenſis XVII
Fuerunt mihi periucundae litterae tuae, quas attulit Petrus CLXX.
Fuerunt mihi ſcripta tua & grata & iucunda CIII
Fuerunt ſcripta tua mihi admodum grata. VI.
Fuit tuus receſſus ex hoc loco mihi diſſimus CXX.

G

Georgius de Ratiſpona XLII
Gratae ſunt mihi ſemper litterae tuae. LXVII
Gratiſſimae fuerunt mihi litterae tuae, quibus adverſum &c. XXXIX.
Gratiſſimae fuerunt mihi litterae tuae, quibus me ſalutare voluiſti CLX.
Gurcenſis Epiſcopus hic ad me venit. CXXXIX.

H

Habes novum Pontificem XLVIII
Heraldus Alphonſi Regis Portugaliae &c. CLXXXI

I

Iacobus de Mugla vir ſincerus XIV
Ingreſſi Romam, Sereniſſime ac invictiſſime Caeſar XLIV
Intellexi plane quae Ioannes Troſter ad me detulit XC.
Intellexi quae ſcripſiſti LXXXIV
Ioannes Amici, pontificis hunc antiquum. CXIV
Ioannes Hinderbach Decretorum Doctor. LXV
Ioannes Nihil Bohemus harum partium non uſitatus aſtronomus CLXXII

L

Legimus tuas litteras Ioannes amantiſſime. XCVII.
Litterae ad me hodie delatae ſunt, noſtro quando ex te unde &c. CV.
Litterae ad me tuae amantiſſime Leonarde duplicatae III
Litterae quas noviſſime ad me ſcripſiſti CXXXIX.
Litteras Regis ex Cancellaria Hungarica. XCI.

V u Lit-

Litteras Regias te procurante recepi. lxxxviii.

Litteras tuas, amantiſſime frater, ſumus accepi. xxxvi.

Litteras tuas ex Apoſtolico curſore ſuſcepi. xxxvii.

Litteras tuas reddidit mihi apud Ratiſponam eques miles. cccci.

M

Maerori certe non mederi. lxxxiii.

Magna geſta ſunt apud vos. lxv.

Miſerunt quum me huc ex locis remanſiſſe. ccxvii.

Mittis ut me non rediiſſe. cc.

Mittimus ad conventionem. lxvi.

Multa ſcribere oporteret. iii.

Munus accepi a te graviſſimum. cxi.

N

Negotia tuenda contra Turcos ſierne ligatum noſtrae. lxi.

Nicolai Summi Pontificis obitum &c. xlvi.

Nicolaus Capellanus meus. xxxv.

Numeros mihi credas. cxli.

Nec dubito quin cujus intelligere. cxl.

O

Obieciſſe nos litteras tuas ex monaſterio miſſe. cxx.

Obligetur, ut intellexi, Gorcenſis Epiſcopus. cxxv.

Obliges tibi plurimum. cvii.

Operam ac perrupperunt horeſis mihi die ablata eſt occaſio. clxvii.

Orator tuus, qui cum Caeſare fuit. lxxx.

Orthographiam Gaſparini, quam perſiſti. c.

P

Paullum Vergerium, qui Arrianum tractulit &c. cxxv.

Poſt dies duodecim non anteparam. lxii.

Poſt quem e nobis receſſum nihil ſunt noſtrum eſt. cxxxix.

Praepoſitus S. Andreae Colonienſis. cxxx.

Protonotarius adſpirat me non e. cxx.

Pepugerunt cor meum litterae tuae. cxx.

Q

Quae geſta erant in his regionibus. xx.

Quae geſta ſunt apud vos. xxix.

Quae mihi, ac Domino Gurcenſi ſcripſiſti. xxx.

Quae Rev. Pater Epiſc. Gurcenſ. xxvi.

Quae ſcripſiſti ex Mediolano. cxxvi.

Quemvis apud Regem et Apoſtolicae Sedis legatum obtenui. clxxvi.

Quem in Cardinalibus ac ſecretariis. civer. xcvii.

Quamvis conſulendo vetus. civ.

Quamvis ex aliis cauſeris habes Dietae ſoluitionem. cxviii.

Quamvis heri ad te litteras dederim. xxx.

Quamvis heri ad vos ſcripſerim. xxx.

Quamvis omnia, quae geruntur apud me. cxxii.

Quamvis ſcriberem Caeſare &c. xxvi.

Quamvis te res meas non minus &c. cxi.

Quando Capellanus tuus me conveniet. xxiii.

Quis reverti domum. l.

Quod ad te non ſcripſi diebus ſuperioribus. cci.

Quod apud Caeſarem nunc decurſo negotium isti habuiſti. cxcvi.

Quod diu deſideraſti. xi.

Quod ſubſequentes eſt cuius dignitatem ſcribo. cxc ii.

Quod quaeſiviſti ex Caeſare impletum eſt. xi.

Quod te Mediolanum nuper ſeſſicitatum reliqui. clxxvi.

Quum acceperim ſubſequentes litteras tuas. cccx.

Quum eſſem in Concilio Ratiſponenſi. clxvi.

Quum lego tuas litteras, frater amantiſſime. cvi.

Quum proſperum ſuis Germanica. cvi.

Quum rediſſemus ex Conventu Ratiſponenſi. cxxix.

R

Raccius me ſpes tui robora. lxxxi i.

Redeo tam domum. lii.

Reddite ſunt mihi litterae tuae. xx.

Redditae ſunt mihi per hos dies litterae tuae. lxix.

Relatum eſt nobis ſcriptumque. xcv.

Relatum nobis eſt Archidiaconum noſtrum graviter aegrotare. lx.

Religioſus & optimus Dominus Jacobus Chriſti. cxii.

Rem admodum ingentem. cxvii.

Rei Gubernationis Hungaricae. lv.

Reverſi ex Conventu Ratiſponenſi. lxx.

Reverſo mihi ex Ratiſponenſi Concilio. cxiii.

Reverſus ad nos Joannes Hinderbachius. cxcv.

Reverſus ex Ratiſpona repperi hoc in loco amplius hoc ac tuas. clviii.

Rogaſti me, Pater obſervantiſſime. xlv.

S

Satis e me ſcriptum eſt ſuperioribus diebus. cxxv.

Scimus graviſſimum eſſe. xiii.

Scimus te cum deſiderio noſtrum reditum expectare. v.

Scit quoties pericula ſit vel tibi ſcribere &c. cxxvii.

Scio te conſultatum eſſe. lxxxi.

Scribit Sereniſſimus Princeps D. noſter Imp. Apoſtolicae ſanctitati. cxxix.

Scripſi ad te, non ſunt multi dies. xxxix.

Scripſimus collegae mei & ego dignitatione, quemadmodum Caeſar &c. xi.

Scripſimus tibi nuper per manus cujuſdam Graeci. cxxi.

Scripſi noviſſime quae apud nos gerebantur. xxviii.

Scripſi nudiuſtertius digreſſioni tuae, quibus terminis &c. i.

Scripſi ſuper veſtro Senatus. cxxvii.

Scri

Scripſiſti ad me nuper hiis diebus. XIII.
Si diſtuas tibi ſunt epigrammata vana, LXXV.
Sicut obitus ſanctae memoriae D. Nicolai Papae V. LXXVI.
Si dixero me tua promotione non gaviſum poſſare. CXXV.
Si meis litteris idem accidit, quod tuis. CLXXV.
Si mihi, Reverendiſſime Pater. LXVIII.
Stephanum Porcarium noſti. IIX.
Stephanus Porcarius Eques Romanus quem inter legendum Romanorum hiſtorias. LXI.
Sunt nobis litterae tuae omni tempore iucundae. LXXXI.
Superiori hos diebus ſcripſi ad te in D. epiſtolam unam. LXV.

T

Totam memoria quae ad me ſcripſiſti. XXI.

V

Vehementer aſſligor. LXX.
Vellem quotieſcumque ad te amicus quiſpiam proficiſceret. CCXXIII.
Verum Latia medulus Graecaque Minerva. LXXVII.
Venit ad me Scholaſticus tuus. LVIII.
Venerunt in mentem verba, quae ad me ſcripſiſti. VII.
Vereor tamen ne ob re, ne quid tibi ſit. Leon. Prometius.
Vir bonus & frugi Iacobus de Mugle. XV.
Virgilius hic tuae dignationis litteras deferet. XXIX.
Vir bonus & amatus ſatis eſt. CXXIX.
Viderem lubens perſuaderi. LVII.
Vocat me frequentibus litteris. XXVI.
Vt intelligas quae geruntur. XXXI.
Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus cum picturis duabus in principio, quarum prima Epiſtolam Siegnori Cardinalis exornat, altera, quae totum ferme marginem undequaque ambit, tabulamque auream inſignem poſſeſſoris gentilitium ſtemma exhibet, ubi Aeneae Silvii Epiſtolae occurrunt. Conſtat foliis ſcriptis 153.

AENEAE THEOPHRASTVS.

Cod. XX. AEneae viri clariſſimi Dialogus, qui Theophraſtus inſcribitur, interprete Ambroſio Camaldulenſi. Horum collocutores ſunt, Aegyptus Alexandrinus, Euxitheus Syrus, & Theophraſtus Athenienſis. Praecedit Ambroſii Epiſtola reſcripta. Domino amantiſſimo & praeſtantiſſimo viro Andreolo Iuſtiniano, quae inc. Opuſculum Aeneae vetuſtum. Deſ. ne eſſugere gravitatem iudicium tuum nequaquam poſſit. Dialogus inc. Aegyptus. Quo in. Euxithee, vel unde? Deſ. Theophraſtus. Satis nunc eſt, ſed poſt ſomnum. Tum ſubiicitur: Finit. Mane Matthias Deminus Herculani de Contugiis de Vulterra, & caetera. Diverſos huius Ambroſii verſionis Codices Mss. in Florentina Bibliotheca delituiſſe[1] recenſet Cl. Mehus in Praefatione ad eius Epp. pag. nocecc qui hunc ipſum indicat Codicem. Latine prodiit Baſileae MDXXXII. & alibi. Vid. Guilielmi Cave Hiſtor. Litter. Coloniae Allobr. MDCCXX. fol. pag. 497.
Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, cum titulo aureo, & eleganti ſima pictura in principio, Ambroſii Camaldulenſis effigie, & Medicaeo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 54.

AVG. DATHI DE VARIIS LOQVENDI FIGVRIS ISAGOG.

Ac praeterea

Pariſii de Altedo Orthographia.

Cod. XXI. L. pag. 1. AVguſtini Dathi Senenſis Iſagogicus Libellus de variis loquendi figuris. Inc. *Credideram pauludum. Deſ. ad extremum accommodo. Vale, Laus Deo.* Tum adſcribitur: *Auguſtini Dathi Senenſis Iſagogicus Libellus de variis loquendi figuris ad Andream Deum & Chriſtophori amicum clariſſimum explicit feliciter.* In editione Operum Dathi, Senis per Simeonem Nicolai Nardi anno sexto Kal. Novembris fol. inſcribitur: *Iſagogicus Libellus pro conſtituendis Epiſtolis, & Orationibus ad Andream Capacium peregregium, ac diſcipulum dilectiſſimum,* & habetur a pag. CCXII. ad pag. CCXLVIII. De hoc autem Opuſculo plura hoc edidit Nic. Bandiera in Auguſtini Dathi Vita Romae per Io. Zempel MDCCXXXIII. 4. pag. 133. ſeqq.
II. pag. 60. Pariſii de Altedo (1) Orthographia ad Italum Nicolaum cum Epiſtola nuncupatoria, quae exſcribimus. Sic inc. *Praecordiali ſuo campani Baldo Novei e Pariſius de Altedo ſalutem & deſidera ſui partem. Rogatus a te, quod in Orthographia regulas aliquas componerem: Deſ. cultum beneplacito corrigendo. Datum penes armarium Veneto Kal. Martii MCCCLXXXVII ſeptem Nativitatis Domini celebratis.* Tractatus inc. *Orthographia eſt graphicae ordinationis recitando litterarum.* Deſ. *Semper diphthongant ac declinatio prima.* Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. duabus diverſis manibus exaratus, cum pictura in principio, & Medicaeo ſtemmate. Conſtat foliis ſcriptis 95.

ANGELI POLITIANI MISCELLANEA.

Cod. XXII. ANgeli Politiani Miſcellaneorum Centuriae primae (2), cum Praefatione ad Laurentium Medicem. In fine legitur: *Impreſſi ex archetypo Antonius Miſcominus, ſumma ora qui*
V u e

(1) Nihil habet de hoc Scriptore apud Fabricium.
(2) De his conſulendus Menckenius in Vita Politiani Lipſiae pag. 107. 156. 517. & 598.

quidem Politiani recognovere, Politianus ipſe nec orthographiam ſe ait, nec omnino alienam praeſtare culpam. Florentiae anno Salutis MCCCCLXXXIX decimo tertio Kalendas Octobris. Tum mirou Angeli ipſius Politiani ſignis exſcriptum Tibi habe, ex Petre Apuni Alſcellanea noſtra, mecenentem, & ſegnem mirum etiam forſiſſe gratiora futura poſtrit, quod auderit nunc fabricantur. Politianus.

Codex chartac. impreſſus ut ſupra, in 4. Conſt. e folius 92.

BARPTOLEMAEI FONTII EXPLANATIO IN PERSIVM

Cod. XXIII Barptolomaei Fontii Commentarius in Perſii Satyras cum Prooemio ad Laurentium Medicem cuius initium eſt: Quamquam, Laurenti, pie ac omnia Dei amplioti te nomine cumulabo. Inde ſequitur vita Perſii, quae inc. Perſium aggreſſure in primis neceſſarium uſum iſ ttei uiuum ac ſatyrans brevi oratione percurrere. Aulus Perſius Flaccus patre Flacco &c. Deſ explanationem ipſam aggrediamur. Commentar. inc. Nec fonte labra &c. Qui maiore enim libertate eius decade corrigeret, ſe ipſum in primo carpit, quod feſtinanter omnium poeta prodiret. Deſ. ob quod an ſit aerius, hoc eſt dulcibiorum plectrum cuncti ſcriptorem Chryſippum repertum eſſe. Huius Commentarii editionem anni MCCCCLXXXI in fol. ſine loci nota memorat Mittarius Annal. Typogr. Tom. I. pag. 413. Adſervatur eiuſdem in leſtiſſima Magliabechiana Bibliotheca.

Codex membranac. Ms. in 8. maior. Saec. XV elegantiſſimus cum ſommariis in margine cyunbari exaratis, initialibus ſeriptis in iuriatis & coloratis, multo auro, et Mediceo ſtemmate in principio intra laurum poſito. Conſtat foliis ſcriptis 71.

APVLEIVS.

Cod. XXIV Lucii Apuleii Platonici Madaurenſis Opera varia, ſcilicet

I. pag. 1. Metamorphoſeon Libri XI.

II. pag. 71. & Floridorum Libri IV cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus. In fine rubrica adnotatum eſt: Explicit liber quartus Floridorum Apulei Platonici completus die XXVI. Ianuarii MCCCCXXII hora XVI. Tum ſubiungitur Index Capitum, quae pertractantur in duabus Orationibus de Magia.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV optime ſcriptus, in cuius primae paginae infimo margine legitur: Della Commenda di S. Gorgonio. Conſtat foliis ſcriptis 84.

AVLVS GELLIVS.

Cod. XXV Auli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. ut e Codice XL huius Pluteï ſupra pag. 631. §. I. Hoc tamen Libri ſunt omnes epigraphi, & in fine Libri VII. adnotatur in margine Deeſt alterus liber, nec adſerventur Capitula Libri VIII quae habentur etiam in dicto Codice, tum in aliis, nulla cura. Spatia ad Graeca exſcribenda multis in locis relicta ſunt, in quibus tamen ſupplementum manu fecisse Angeli Politiani, cuius ſunt notulae quaedam marginales, vetuſtioribus quoque teſtibus multis abundat, aliquo minime contemnenda.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ornatiſſimus cum litteris Librorum initialibus mirifice illuminatis, et perpulcra pictura in principio. Conſtat foliis ſcriptis 200.

AVLVS GELLIVS

Cod. XXVI. Auli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. cum indice Capitum ad ſingulos Libros, ut in Codice praecedenti. Hic tamen habentur ſuo loco, ut in edit. Gronoviana, Capita Libri VIII. quae deſiderabantur in dicto Codice ſuperiore. Ad Graeca ſupplenda ſpatia ubique relicta ſunt.

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 212.

ANTONIVS LVSCVS,

Ac praeterea

Aſconius Pedianus &c.

Cod. XXVII. I. pag. 1. Antonii Luſci Inquiſitio Artis in Ciceronis Orationes XI cum Praefatione ad ſtatum Aſſolofenium, ut in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag. 640. licet hic Orationum ordo ſit aliquantum diverſus.

II. pag. 79. Inquiſitio Artis in Orationem pro Sexto Roſcio Amerino, ſine nomine auctoris. In editione tamen, quam in dicto Codice citavimus, Guerino Veroneſi tributa. Inc. Hanc Orationem egit Cicero, ut quidem Cornelio Nepoti placet, annos natus tres & XX. Deſ. erit quod ſit contrarium, ſi conceſſerint ut uſitori quod velit, qui locus eſt certius ad indignationem. In dicto edit. a pag. 81. ad p. 131. ſed in Codice aliquanto in fine longior.

III. pag. 99. Aſconii Pediani Enarrationes in aliquot Ciceronis Orationes, ut in Cod. V. huius Plutei ſupra pag. 638. §. I.

Codex chartac. Ms. in fol. min. Saec. XV. ineuntis. Conſtat foliis ſcriptis 152.

AVLVS GELLIVS.

Cod. XXVIII Auli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. cum Indice argumentorum Capitum ſingulis Libris praemiſſo, quae quidem argumenta ſingulis etiam Capitibus rubrice tantum praeſcribuntur. Hic quoque adſunt Capitula Libri VIII. eduntataque in ipſorum calce. Sed liber alterus in hac aetate nondum eſt repertus; quemadmodum etiam Librorum

neoli in fine cuiuslibet reperiuntur. Graeca suis locis quam diligentiſſime sunt relata. In fine manuſcriptis rubris litteris adſcriptum eſt: *A. Gellii Noctium Atticarum Liber XX explicit anno Chriſti MCCCCXXXVIII. die XI Iunii, Liber Nicolai de Buſinis.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV optime ſcriptus, & elegantier exaratus, dignus certe qui cum veteribus conferatur. Conſtat foliis ſcriptis 231.

Q. ASCONII EXPOSITIO QVARVMDAM ORATIONVM M. T.

Cod. XXIX. QVinti Asconii Pediani Enarrationes in quasdam Orationes Ciceronis, ut in Cod. V huius Plutei ſupra pag. 638. §. I. quare male ſeductum eſt ex ſine manu recentiori: *Vide Codicem huius Plutei V. ex quo ſuppleri poſſunt ea quae deſunt*; quae enim inde poſt pag. 74 ſubſequuntur, non ad Aſconium pertinent, ſed ad Antonii Luſci Inquiſitionem ſuper in quibusdam M. T. Ciceronis Orationibus.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidus. Conſtat foliis ſcriptis 53

AVLVS GELLIVS.

Cod. XXX. AVli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. praevia ſingulis Capitum tabula, & cum ſummariis in margine. In calce Libri VII. omiſſa Capitum Libri VIII. tabula, quum eius argumenta huc translatum eſt. *Deſinit liber octavus.* In fine Libri IX ad illa duo diſticha quibus clauditur Liber in margine adſcriptum: *verſus Auli Gellii.* Graeca ſunt in locis, & quidem manu diverſa adſcriptum. In fine maioribus litteris partim rubris, partim nigris adſcriptum eſt: *Antonius Mario filius Florentinus tranſcripſit Florentiae Kal. Octobris MCCCCXXV, quo tempore noſtra Reſp. pro tuenda libertate ardens arque acre bellum cum Duce Mediolanenſi gerebat.* Tum paullo inferius: *Liber Petri de Medicis Coſ. fil. Valeat qui legit.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV cum initialibus Librorum elegantiſſime illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 207.

AVLVS GELLIVS.

AVli Gellii Noctium Atticarum Libri XX. cum ſummariis in margine rubrica exaratis, & cum Graecis verbis more ſatis docta paucis in locis ſuppletis. Hinc nulli Capitum elenchi Libris praefiguntur, ſed ſua tantummodo ſingulis Cap. rubea argumenta praemittuntur. In calce Libri VII. nihil adnotatur de defectu Libri VIII. Cod. XXXI.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. cum initialibus Librorum exaratis, & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 198.

APVLEIVS.

LVcii Apuleii Philoſophi Platonici Opera varia, ſcilicet Cod. XXXII.

I. pag. 1. De Mundo Liber unus,

II. pag. 18. Metamorphoſeon, ſeu Aſini Aurei Libri XI.

III. pag. 60. Floridorum Libri IV.

IV. pag. 70 De Deo Socratis Liber, praevia Capitum XIV tabula. Notandum in fine cuiuſque Operis legi rubrica conſcriptum: *Ego Criſpus Salluſtius emendavi Romae feliciter.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. diligenter bonis codicibus exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 79.

FINIS PLVTEI LIV.

PLVTEVS LXI.

OMNES ITALICI SVO LOCO RECENSENDI, PRAETER VNVM, QVI SEQVENS EST.

CODEX III.

VITA LAVR. MED. SENIORIS

Magnanimi Laurentii Medices viri illuſtris Vita per Nicolaum Valorium edita ad Leonem X Pont. Max. Praecedit Epiſtola nuncupatoria quae ſic. *Venit ad te Beatiſſime Pater.* Diu atque *etiam noſtrae profeſſionis de rebus* Vita me. *In nobiliſſima Medicum familia.* Deſ *commune interitum deploramus.* Hanc Laurentii Medices ſenioris Vitam Italice traductam Philippus & Iacobus Iunta typographi Florentini ediderunt, ac Franciſco Medices Coſmi I. filio conſecrarunt. In Epiſtola eorum data Florentiae die viii. Iunii MDLXVIII. qui eidem Florentinae editioni reſcribitur Iuntae, Codicem Ms. Italice verſione chirographo exceptum Coſmo patri pau[illegible] quem ſuſſi [illegible]; qui quidem Codex [illegible] fol. adſervatur in hac ead. m Bibliotheca ... Pluteo LXI ſub num. xvii [illegible] Epiſtola praefixa [illegible] Valorii, Nuntio nepoti ad Coſmum I. Florentiae & Senarum Ducem, quae data eſt Florentiae die xx Iu[illegible]. Hanc autem Vitam Latinitate Nicolaus Valorius Bargaeienſis filius Philippi [illegible] avi proprium elucubraverat. Fuit Nicolaus Valorius Marſilii Ficini una cum Philippo fratre diſcipulus, conſiliis [illegible] eluit, & ille praecipue ad Chriſtianiſſimum Franciſcum Regem. Ad ſummum itaque ſuae civitatis magiſtratum evectus. Fuit [illegible] Libertatis, unde in Epitaphio ad D. Proculi aedem a fratris nepote [illegible] fuit *hac de Platonis dogmate, de Republica Florentina,* *de Laurentio Medices ſeniore optime meritus appellatur.* Hunc vero Codicem apographum eſſe arbitror, quod Leoni X Pont. Max. Nicolaus obtulit, ex eoque diligentiſſimus Laur. Mehus editionem curavit cum hoc titulo: *Laurentii Medices Vita a Nicolao Valorio ſcripta ex Cod. Medices Laurentiano nunc primum Latine in lucem edita &c. Florentiae MDCCXLIX. typis Io. Paulli Giovannelli* 8. Conſtat praeterea hanc vitam a Nic. Valorio compoſitam fuiſſe, quo tempore Iulianus Medices Laur. filius Cardinalatus honore fungeretur, immo ex toto Proemio ad Leonem X. oratus, eodem anno fuiſſe compoſitum, quo Laurentius Medices [illegible] obiit, quibus verbis annus MCCCCXCII. infertur. Nihilominus Horatium monet memor, eundem plures annos domi preſſiſſe donec Ioannes Medices ſub Leone X nomine Pontifex electus eſſet, cui poſtea Laurentii vitam conſecravit. Ineptiae Gronovii qui ſe in fine ſubſcribit, oculis interdum Graecis, ſed perquam rem adſperſus eſt Codex.

Codex membranae Ms. in 8. Saec. XV. elegantiſſimus cum duobus pulcherrimus pictis in primo ... quae integras paginas implent, quorum prima titulum aureis litteris exaratum, & aureo circulo incluſum, huiusque rotis circumdatum cum Laur. Medices duplici tenore & emblemate; altera autem formam ante thronum Leonis X. cui adſtent Cardinales quidem opus ſuum offerentem habet, ubi etiam Florentinae Urbis proſpectus apparet. Conſtat foliis ſcriptis 49.

FINIS PLVTEI LXI

PLV

PLVTEVS LXIII.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS XXXIV.

CODEX I.

TITVS LIVIVS.

TIti Livii Hiſtoriarum Libri decem, ſeu Decas prima, in Codice tamen proſſus anepigrapha. Librorum ſingulorum initium & finis concordat cum editione Amſtelaedamenſi apud Danielem Elzevirium an. MDCLXXIX. 10 ſ. curante I. F. Gronovio (1) Tom. I. a pag. 5. ad pag. 911. Clauditur hac ſubſcriptione: *T. Livii ab Vrbe condita Liber decimus explicit. Legi feliciter.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, nitidiſſimus, & eruditiſſimus, cum primi pagina mirifice illuminata, atque depicta, cuius undequaque margines parvulis floribus, avibuſque ita ſunt exornati, ut intuentium oculi nihil elegantius poſſit exhibere. Adeſt gemma, poſſeſſoris effigiem ſortaſſe repraeſentans ad vivum expreſſam, cuius etiam ſtemma gentilitium in ſummo margine adfulget. In littera auratis Hiſtoriam ipſa cogitabundus cum ſtudio manu caput ſuppoſita, & volumine aperto exprimitur; in calce autem infantes lupam ubera ſugentes Remus, ac Romulus infantes depicti ſunt; litterae quoque initiales ſingulorum Librorum auratae ſunt, & illuminatae. Codex ab Ant. Magliabechio collatus A. MDCCXVI. Conſtat folus ſcriptis 287.

TITVS LIVIVS.

Cod. II. **T**Iti Livii Patavini, hiſtorici eloquentiſſimi Hiſtoriarum ab Vrbe condita Libri X ſeu Decas prima, ut in Cod. ſuperiore. Hoc tamen ſitu Libri VI. differt ab editis; poſt enim verba *cum tribus ferrent*, in quibus definit editio, ita proſequitur: *hoc anno primum Conſul Plebeius; hoc anno primum Praetor Vrbanus; hoc anno primum ex Patribus Aediles Curules*. Clauditur Codex hac ſubſcriptione: *Titi Livii Patavini ab Vrbe condita Liber decimus, & ultimus explicit. Deo gratias. Scriptus autem fuit per me Gherardum Iohannis del Ciriagio Civem & Notarium Florentinum in civitate Florentiae de anno Domini MCCCCLXVI Indictione XIV. Laus Deo omnipotenti qui vivit, & regnat in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, ſupra quam dici poſſit pulcherrima, apographe, partim caeruleo, partim auro aliaſque colore conſcripta, & circulo aureo incluſa, ſtemmate Mediceo gentis, & initialibus ſingulorum Librorum litteris auratis ac mirifice illuminatis. A. M. Editione collatus. Conſtat folus ſcriptis 216.

TITVS LIVIVS

Cod. III. **T**Iti Livii Hiſtoriarum Libri X a vigeſimo primo uſque ad trigeſimum, ſeu Decas III. quae eſt de Bello Punico, ut in edit. cit. In fine maioribus rubris litteris haec ſubiectuntur: *T. Livii Patavini hiſtorici praeclariſſimi Liber XXX. explicit belli Punici feliciter. Legi feliciter.* Ac praeterea: *Nomen ſcriptoris Yvo Brenyer Clericus Nannetenſis dioeceſis.*

Finito libro ſit laus & gloria Chriſto. Anno D. M. CCCC LXIII. XX. die Decembris completum fuit hoc opus Romae in Palatio Apoſtolico per M. Stephanum de Brezza S. D. N. Pii Papae II. Phyſico, viro egregio.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum litteris auratis & coloratis, & elegantiſſima pictura in principio, quae Livium ſcribentem vultibus exhibet, cuius primae paginae ...

(1) Hos Livii Codices diſſiciſſimos locis illuſtrandis quaeſivit per temporis ſpatium ſibi ſatis adhibuiſſe teſtatur C. Io. Fr. Gronovius in ſuae Praefationis ad ſuam editam Amſtelaedamenſem ... Quam autem in hoc Pluteo videri occupent Libri Codices pulcherrimi ... hunc Pog. ſc. in gallico ... Alphonſum Neapolitanum Siculorumque Regem litteris: *Dispoſuiſſi mihi in Florentia ... Titi Livii opera venalia ... pulcherrimis ... ipſe CXX. aureis ... quam pro libri pretio ... Tum Ioganofus ... elegantem ... ut villam Florentiae ... pulcherrimum ſcripſere ... ut Livium emeret, ſundum pulchriorem?*

inferior margo recisus fuit, ab A. M. Biſcionio exſtitue enim apparent. Conſtat foliis ſcriptis 287.

TITVS LIVIVS.

Cod. IV. T. Livii Patavini Hiſtoriarum ab Vrbe condita Libri X ſeu Decas prima, ut in Cod. I. Intus Pluteï Variantes in hoc lectiones aliquot, & correctiones ad marginem appoſitas titulosque ſingulis praemiſſos Libris charactere minori et rubricatum videre eſt. In calce legitur *Coſmus de Medicis Ioannes F. Ioannes Arretinus Florentiae abſolvit.* In Codice vero legitimam legitur *Emendavit c Palumnus anno 732. iuſſi VII.*

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſime diligentiſſimeque exaratus, optimeque ſervatus, & cum litteris initialibus Librorum coloratis ab A. M. Biſcionio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 228.

TITVS LIVIVS.

Cod. V. T. Itii Livii Patavini Hiſtoriarum ab Vrbe condita Libri X. a vigeſimo primo uſque ad trigeſimum, ſeu Decas III. ut in Cod. III. ſuperiore. Clauditur hac ſubſcriptione: *Ioannes Arretinus ſcripſit atque perfecit Florentiae anno Domini MCCCCXII. IV. Kal. Mar. Salve atque vale* [illegible] (reliqua raſa ſunt.)

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. recentius, cum initialibus Librorum pictis, & Mediceo ſtemmate in prima pagina, ab A. M. Biſcionio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 156.

TITVS LIVIVS.

Cod. VI. T. Livii Patavini Hiſtoriarum ab Vrbe condita Libri IX. ſeu Decas IV. ſcilicet a Libro XXXI. uſque ad XL. [illegible] qui deſunt in verbis [illegible] ſuppl[illegible] [illegible] in [illegible] valde [illegible], & [illegible] [illegible] [illegible]. Quae quidem verba [illegible] edit. Amſtelod. Tom. III. pag. 681. verſ. 13. uſque [illegible] fuiſſe Codices & plurimi veteres [illegible] animadvertit laudatus Gronovius [illegible] Praefatione. [illegible] [illegible] Libri XXXIII. In fine minoribus litteris legitur *T. Livii de bello Macedonico Liber* [illegible] *explicit. Lege feliciter. Ioannes Arretinus Idibus Ianuarii A. D. M. CCCCXII. hunc librum abſolvit Coſmo de Medicis Ioannis F.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. recentior, optime ſervatus & exaratus cum

Cod. VII. T. Livii Patavini Hiſtoriarum ab Vrbe condita Libri X. ſeu Decas prima, ut in Cod. I. huius Plutei. In hoc ſummariorum breves, partim nigro, partim rubro charactere expreſſi ſunt in margine recens deſcriſi. Libri ſinguli ſuis ſunt titulis inſtructi, eorumque initiales aureae & ſtemmate, quemadmodum etiam prima Codicis pagina tota ferme depicta eſt, cui ſtemma quoque gentilitium familiae cuiuſdam, pro quo exaratus fuit, non parum decoris adiungit.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. atque ex ſuperiori, nitidus, eleganterque conſcriptus, & ab A. M. Biſcionio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 134.

TITVS LIVIVS.

Cod. VIII. T. Itii Livii Patavini de ſecundo bello Punico Libri X. ſive Decas III. praecedit de Tito Livio notitia ab Io. Boccaccio (1) collecta, quae ſic: *T. Livius vero eiectus* [illegible] *arte ſcriptorum* [illegible] *hiſtoriographus fuit. Hic ut* [illegible] *placet, anno ſecundo Olympiadis CLXXX. Patavii in clara* [illegible] *parentibus natus eſt. Deſ.* [illegible] [illegible] [illegible] *& videm eum ſibi ſepulchrum volunt* [illegible] *ab* [illegible] *agrum ſitum* [illegible] *aliaus* [illegible] *ſudiante, dabis noſtri temporibus, in quo haec leguntur litterae V. F. T. LIVIVS LIVIAE T. F. QVARTAE L. HA LYS CONCORDIALIS PATAVI SIBI ET SVIS OMNIBVS, quae in* [illegible] *ſcul* [illegible] *Is* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *Iacobi de Carraria,* [illegible] *Paduae* [illegible] *apud Monaſterium S.* [illegible] *in parte* [illegible] *videtur.* Claudiur Codex hac ſubſcriptione: *Ioannes Franciſcus Marcius Genuenſis tranſcripſit.* Adſunt in margine ſummaria brevia, partim nigro, partim rubro charactere conſcripta, necnon ipſius textus correctiones aliquae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, in prima pagina mirifice illuminatus, cum Sixtinae familiae ſtemmate, & initialibus Librorum auratis & coloratis, ab Ant. M. Biſcionio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 219.

(1) Non adſcitur in T. Livio [illegible] Ph. Thomaſini Amſtelod. 1708 Aedis Feſtum [illegible]

TI

TITI LIVII DECAS IV.

Adde etiam

Sexti Ruſi Epitoma.

Cod. IX. I. pag. 1 Titi Livii Patavini de bello Macedonico Libri IX ſeu Decas IV a Libro trigeſimoprimo uſque ad XL. qui deſunt ut in Codice VI huius Pluteo. Hic quoque deſideratur Liber III & dimidium XXXIII. Occurrunt inſuper in margine ſummaria rubeis litteris exarata, & correctiones quaedam. In fine illa manu adiectae ſunt explicationes quorundam verborum. *Praetatur. Epiſtolae &c.*

II. pag. 165 Epitoma centum & quadraginta Librorum Hiſtoriarum T. Livii Patavini auctore Sexto Rufo (1), licet in Codice eius nomen non appareat, cum ſummariis item in margine. Inc. *Adveniens Aeneas in Italiam.* Des. *& ſuperius illud funeribus plenis honores dedit.* In fine Capita operum, ſeu titulus Librorum T. Livii Decadum quae ſuperſunt, ſubſtituuntur. Tenent enim haec Sexti Rufi Epitoma ſingulis uniuſcuiuſque Livii ... [illegible] ... Elzevirianam Amſtelodami menſem ſuperius citatam in Codice primo conſuluimus, cum qua concordat. In editione [illegible] nomen per oſtendit Lucii Flori. Sciendum tamen eſt, ſive Sextus Rufus, ſive L. Florus, ſive Livius, ſive alius quiſpiam ſit auctor huius Epitomae, ad Romanae rei [illegible] illuſtrandas accommodatiſſimam eſſe; praeſertim cum ubi Livius excidit Hiſtoria.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus Librorum litteris auro ſive illuminatis, in prima praeſertim pagina, quae ...[illegible] effigiem, ſtemma Saxettae domus, aliaque ornamenta exhibet, in qua legitur nomen *Franciſci Saxetti Thomae filii.* Conſtat foliis ſcriptis 197.

TITVS LIVIVS.

Cod. X. Titi Livii Patavini Hiſtoricorum ſummi populi Romani ab Urbe condita Libri X. ſeu Decas prima, ut in Codice I. In hoc vero aliter ſeriem apparent variantes lectiones margini commiſſae. In calce legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. ſil.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. in quo nulla ornamentorum genera deſiderantur; praeter enim ſcripturae formam vere magnificam hic Librorum ſingulorum tituli aureo colore ſunt, aureae initiales litterae, primaque marginalibus etiam decoratae; in prima vero pagina, praeter varia quadrupedum ac volucrum genera miro modo ex-

(1) Eorum Rufum Breviarium hoc ſcum Valenti A. C. ccclxx. obtuliſſe exiſtimat Iacobus Gothofredus ad Legem ... pag. 16.

(2) An hic ſit unus ex duobus Mss. a Tollio collatis Florentinis, [illegible], de quibus haec legas in Praefat. ... edit. pag. 24. *Nactus ſum (ait Dukerus) exemplar ... Gronoviani, cum quo Iacobus Tollius tres Codd. ... Mss. Bibl. ... Florentinum & Magliabechianum contulerat. Hi tamen membranacei, & Florentinum non valde antiquum &c.*

geſſi, ſtemma quoque Mediceum effulget. Codex ab A. M. Biſcionio collatus A. mdccxvii. in cuius tegumento appoſitus fuit antiqua manu num. 311. Conſtat foliis ſcriptis 212.

T. LIVIVS

Cod. XI. Titi Livii Patavini Hiſtoricorum praeclariſſimi de ſecundo bello Punico Libri X ſeu Decas tertia, ut in Cod. III. In fine: *Liber Petri de Medicis Coſ. ſil.* Inde legitur Epitaphium Sulpicii ſex verſibus conſtans, quod inc.

Ille ego ſum patavus Patavo qui in Marte cadentem &c.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus ac vere inſignis, cum initialibus Librorum, & primis duabus paginis miro modum illuminatis, quarum una circulum aureum grandioribus characteribus conſcriptum; altera Mediceum ſtemma & alia ornamenta, ac praecipue multiplicia animantium genera depicta exhibet. Ab A. M. Biſcionio collatus. Conſtat foliis ſcriptis 212.

TITVS LIVIVS DE BELLO MACEDONICO

Adde etiam

L. Flori, & Sexti Ruſi Epitomas.

Cod. XII. I. pag. 1 Titi Livii Patavini Hiſtoriographi clariſſimi de bello Macedonico Libri ſeu Decas quarta, ut in Cod. IX. huius Plutei.

II. pag. 164 Epitoma L. Flori ab Urbe condita. Inc. *Populus Romanus a Rege Romulo &c.* Des. *dum colit terris ipſe nomine & numine conſecraretur.* Ut in edit. cum notis variorum curante Carolo Andrea Dukero Lugd. Bat. apud Sam. Luchtmans mdccxliv 8. a pag. 1 ad pag. 831.

III. pag. 181 Altera Epitoma Librorum CXL Titi Livii ab Urbe condita auctore, ut in fine Codicis innuitur, Sexto Rufo, ut in Cod. IX. ſupra pag. 689. §. II. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Coſ. ſil.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV admirandae pulcritudinis; nam praeter titulum aureis maioribus litteris exaratum, qui primam amplat paginam, initiales quoque litterae Librorum & Capitum ſingulorum illuminatae ſunt, eminetque unius cuiuſque Libri elegantiſſimum principium, quae rotam ferme ambitum marginem; primum autem etiam Mediceo ſtemmate, pueruli inter ſe ludentibus, aliiſque ornamentis ſiguris & heroum vultibus eſt exornatum. Codex ab Antonio Maria Biſcionio collatus anno mdccxx. Conſtat foliis ſcriptis 237.

TITVS LIVIVS.

Cod. XIII. Titi Livii Historiarum Libri X. seu Decas prima, ut in Codice I. Hujus tamen omnia titulis sunt destituta.

Codex membranaceus, Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus, optimeque servatus, ab A. M. Bisciono collatus. Constat foliis scriptis 238.

T. LIVIVS DE SECVNDO BELLO PVNICO.

Cod. XIV. Codex est anepigraphus, sed continet T. Livii Historiarum Decadem III. a Libro nimirum vigesimoprimo usque ad Librum vigesimumnonum; cumque imperfectum, quum, ex eo habeatur usque ad verba: *Si misse Romam legatos ab fratre* [illegible] quae reducuntur edit. Tom. II. pag. 841. lin. 7 & quae sunt in Codice postrema paginae 190 b; pagina vero 191, sequitur incipit a verbis: *Duas cresfont deduxerant, C. Calpurnius Piso &c.* quae pertinent ad Decadis IV. Librum X. & reducuntur in edit. Tom. III. pag. 671 lin. 8 qui quidem Liber X. desinit in verbis *per omnem ferme undecimdenique educerent* [illegible] ut in aliis Codicibus.

Codex membranaceus, Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus, ab Ant. M. Bisciono collatus. Constat foliis scriptis 194.

T. LIVIVS DE BELLO MACED.

Ac praeterea

Sallustius de Bello Catilinario, & Jugurthino.

Cod. XV. I. pag. 1 Titi Livii Patavini Historiographi illustrissimi de bello Macedonico Libri IX. ut in Cod. VI. hujus Plutei. In fine legitur Epitaphium T. Livii, & quidem sic

VIVIT VIVIT T. LIVII LIVIAE TITI FAMV QVARTAE LVPVLIS CONCORDIALIS PATAVI SIBI ET SVIS OMNIBVS.

II. pag. 155. b. Crispi Sallustii Bellum Catilinarium, ut supra pag. 337 §. VI.

III. pag. 170. Ejusdem Bellum Jugurthinum, ut ibidem §. VII. Clauditurque Codex hoc Jugurthae Epitaphio

Si cupis ignotum Jugurthae noscere letum,
Tarpeiae rupis pulsus ad ima ruit.

Codex membranaceus, Ms. in fol. Saec. XV. exaratus nitidissimus, cum initialibus Librorum maiusculis illuminatis & picturis in principio ab Antonio Maria Bisciono uno [illegible] collatus. Constat foliis scriptis 197.

TITVS LIVIVS.

Cod. XVI. Titi Livii Historiarum ab Urbe condita Libri X seu Decas prima, ut in Cod. I. Hujus Libri in Capita sunt distincta, singulis Capitibus argumenta rubrica praefiguntur; in margine quoque rerum summaria, partim nigro, partim rubro charactere exhibentur, ita sint praeterea singulorum Librorum, primo, septimo, & decimo integrae subscriptiones Codicum appositae leguntur, quas, uti in antiquo Codice, ita subjicimus.

In calce Libri II. *Victorianus VC. emendabam Domnis Symachis.*

Libri III. *Titi Livii Nicomachus Dexter VC. emendavi ab Urbe condita. Victorianus VC. emendabam Domnis Symachis.*

Libri IV. *Titi Livii Nicomachus Dexter VC. emendavi ab Urbe condita. Victorianus VC. emendabam Domnis Symachis.*

Libri V. *Titi Livii Nicomachus Dexter VC. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani ab Urbe condita. Victorianus emendabam Domnis Symachis.*

Libri VI. *Titi Livii Nicomachus Flavianus VC. III. praefect. urbis emendavi C. ab Urbe cond. Victorianus vero emendabam Domnis Symachis.*

Libri VIII. *Titi Livii ab Urbe condita Victorianus VC. emendabam Domnis Symachis. Liber VIII. explicit. Incipit Liber nonus.*

Libri IX. *Explicit Liber IX. Titi Livii ab Urbe condita. Victorianus VC. emendabam Domnis Symachis. Liber IX. explicit. Incipit Liber decimus.*

Ultimus Liber ita clauditur: *Titi Livii ab Urbe condita liber explicit feliciter. Frater Iordanus fecit istum, quem Deus ille benedicat.*

Finito libro sit laus, & gloria Christo.
Penna de scriptore requiescat plena labore.

Tandem in ultimis duobus foliis descripta leguntur argumenta Capitum singulorum Librorum 13 numerum, quae in contextu erant rubricata, primis tantum adscriptis verbis, a quibus Capita incipiunt (1). In primo folio cum ipso argumento Codicis compacto, arbor quaedam, sed imperfecta, varia Virtutum genera repraesentans exhibetur.

Codex membranaceus, Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus, hujus columnis exaratus optimeque servatus, & ab Ant. M. Bisciono collatus. Constat foliis scriptis 149.

T. LIVIVS.

Cod. XVII. Codex est anepigraphus, & continet T. Livii Patavini Historiarum de secundo bello Punico Libros X. seu Decadem III. ab eadem manu, qua superior XVI. exaratam, una cum summariis rerum in margine, & indice Capitum singulorum Librorum in fine.

in

(1) Similem, supra hunc Codicem exscriptam subscriptionem [illegible] Bibliotheca Marciana Flor. Ord. Fratrum Praedic.

Digitized by Google

no; tum adjicitur annus *MCCCCXXI. die X Octobris.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV ineuntis, binis columnis exaratus, & optimae notae, ab Ant. M. Biſcionio collatus Conſtat foliis ſcriptis 161

T. LIVIUS.

Cod. XVIII. CODEX eſt anepigraphus, ſed continet T. Livii de bello Macedonico Libros IX cum ſummariis in margine, quum hic quoque deſideretur Liber III. in exitu vero XXXIII nudo adnotatur in margine: *Liber tertius hic deficit, nec alibi reperitur; puto (credo) tamen reliquus.* Praeterea Liber IV. a recentiore manu fere totus ſuppletus eſt. & poſt ea verba *consulibusque edixerunt*, quibus clauditur Liber in ſuperius deſcriptis Codicibus, haec alia, ut in editione ſubſequuntur, adjiſſa in margine appoſito. Denique occurrit in fine tabula Librorum & Capitum, in cujus calce legitur: *Explicit Tabula quarte dece Titi Livii Patavini Hiſtoriographorum ſummi.* In duobus foliis, quorum alterum cum ipſo Codice tegumento ligneo compactum eſt, alterum pro ipſius Codicis, ut aiunt, cuſtodia inſertum, quaedam leguntur Inſtrumenta, quae annum praeferunt *MCCCCXXII. Ind. V. die XXIX Auguſti. Actum in campſoria Cleola in ſtrata publica, contra terram Falliter de Capua &c*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, optime ſervatus & ab eadem manu, ac ſuperior XVII, exaratus, Conſtat foliis ſcriptis 117.

T. LIVIUS.

Cod. XIX. TITI Livii Hiſtoriarum ab Urbe condita Libri X. ſeu Decas prima, ut in Cod. I. Heic quoque notulae quaedam marginales recentiore manu ſunt appoſitae, & Cenſoris ſubſcriptiones ferme omnibus ſubraſae, quas licet mendis obſitas, uti jacent in Codice religioſiſſime duximus hoc loco deſcribendas. Ita igitur habent:

In fine Libri primi: *Victorianus ub (1) emendabam Domni Symmachi.*

Libri IV. *Titi Livii Nicomachus Dexter VC. emendavi ab Urbe cond. Victorianus VC. emendabam Domni Symmachis.*

Libri V. *Titi Livii Nicomachus Dexter VC. emendavi ad exemplum parentis mei Clementianum ab Urbe condita Victorianus VC. emendabam Domni Symmachis.*

Libri VI. *Titi Livii Nicomachus VC. III praefect Urbis emendavi ab Urbe cond. Victorianus VC. emendabam Domnis Symmachis.*

Libri VII. *Emendavi Nicomachus Leviani. Titi Livii ter praeſ. Urb. apud Hennam ab Urbe conditae Victorianus &c emendabam Domnus Symmachus.*

Libri VIII. *Emendavi Nico Flavianus Titi*

(1) Sic. ſed ſorte legendum *V. C.* id. *Vir Conſularis*

Livii eſt ter Praef Urb. apud urbes ab Urbe cond Victorianus VC. emendabam Domni Symmachus

Libri IX. *Victorianus VC. emendabam Domnus Symmachus.*

